LUCUBRATIO CRITICA

IN

ACTA APOSTOLORUM,

EPISTOLAS CATHOLICAS

ET

PAULINAS,

in qua de classibus librorum manu scriptorum quaestio instituitur, descriptio et varia lectio septem codicum Marcianorum exhibetur, atque Observationes ad plurima loca cum Apostoli tum Evangeliorum dijudicanda et emendanda proponuntur

A

GUIL. FRID. RINCK,
Verbi divini Ministro Badensi.

BASILEAE 1830.
HEIDELBERGAE venumdat C. F. WINTER.
1 8 3 3.

In recensendo textu novi testamenti de litera agitur; sed literis Deus sapientiam suam mandavit. Pro luce evangelica in iis tradita atque solatio divino gratiam quantam potuerim habiturus, in sacra scriptura qualemcunque operam navare animum induxi. Qua voluntate Venetiis evolvendi codices Bibliothecæ divi Marci occasionem nactus, primum in Actis et epistolis sudare coepi, quod ejus partis scripturæ pauciores libri manu scripti superessent, eorumque insuper magna pars, quæ continue conferenda erat, obiter inspecta fuisset. In Evangeliorum codicibus excutiendis non voluntas, sed facultas mihi defuit, valetudine intercepto. Seorsim autem Actorum et epistolarum textus commode tractari, imo in lucem dari posse videbatur, quod seorsim etiam in exemplaribus manu exaratis conscribi soleat, aut in quibus novum testamentum uno corpore comprehenditur, ea posteriore parte haud raro indolem varient. Meam rationem criticam measque animadversiones virorum doctorum judicio modeste submitto, ut eorum sententias explorem, an censor novam editionem adornaturus hanc potissimum viam ingrediatur et singula loca dubia ex mea sententia emendet oporteat. Ideo si quid certi, momentis rerum bene perpensis, affirmari posse putavi, in contendendo audax quam dubius videri malebam. Quæ enim lectiones e plurima parte probabiliores, eae vere et aperte potiores habendæ sunt, neque tantum in notas ab editore amandandæ

vel incertis signis criticis tecte commendandæ. Qui mos addubitandi cum meliores quasque editiones n. T. occupaverit, vereor ut criticam artem sacram promoverit; certe index imperfectæ ejus conditionis adhuc esse videtur.

Ad constituendum et castigandum textum sacrum plurimum valet rectum judicium *de classibus codicum.* Cuncti quidem a primigenio autographo derivantur, sed prout antiquitus in varias regiones exempla disseminata sunt, ita unumquodque deinceps descriptum uberrimus parens familiæ membranarum evenit; in eademque familia varii gradus cognationis discernuntur. Revera exemplaribus superstitibus invicem comparatis, similitudo in permultis, discrepantia in aliis perspicitur. Ubi inter varietatem minutam et majorem, inter majorem et maximam probe distinxeris, codicum familias familiarumque gentes invenies. Cum vero testes in usu critico examinantur; non viritim, sed centuriatim eorum suffragia ponderanda sunt; ne id ratum habeatur, quod proletarii et capite censi jusserint. Neque duæ familiæ unius gentis concinentes adversus alteram gentem magis audiendæ sunt.

Quod si dispicimus, quænam vetera exemplaria Actorum et epistolarum, de quibus unice hic agitur, inter se quam longissime distent, non nisi duplicem diversitatem in plurimis et gravioribus locis deprehendemus. Itaque ut christiana ecclesia a priscis temporibus in partem orientalem et occidentalem divisa est, sic universi codices in easdem duas classes distribuuntur. Ad *occidentalem* pertinent libri uncialibus literis exarati A B C D E F G, ad *orientalem* fere omnes minutis literis descripti. Namque in plurimis et notabilibus lectionibus illi ab his differunt, sibique maxime africanos et latinos patres interpretesque adiunctos habent. Cunctas vero membranas A B C D E F G ex fonte communi deri-

vasse, videre licet cum ex aliis vestigiis, tum, ut hoc uti cœperim, e loco 1 Cor. 3, 4., ubi exemplar, ex quo istæ per varias vices propagationis manarunt, scholion ἄνθρωποι supra adjectivum σαρκικοί scriptum, omisso hoc, haud dubie in textum receperat; id quod Jo. Damascenus, Origenes, Augustinus, Ambrosiaster, Pelagius, interpretes Copticus, Aethiops, Italus, Vulgatus, cum libris A B C D E F G. 17. 67. a secunda manu et 71. imitati sunt. Præterea unciales codices iidem cum 23. 57. 67. a sec. manu Rom. 14, 6. verba καὶ ὁ μὴ φρ. — φρονεῖ ob homœoteleuton omittunt; itidem Rom. 15, 24. in omissione verborum ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et v. 29. verborum τοῦ εὐαγγελίου τοῦ male conspirant. — At omnia minoribus literis descripta exemplaria (exceptis 6. 67. a sec. man.) Rom. 16, 5. Ἀσίας in Ἀχαΐας interpolarunt; ibidem versiculos 25—27. (præter codices 16. 80.) plane diverso loco ad calcem capitis 14. transposuerunt; qua in re diversum genus membranarum uncialium patet, quæ etsi non conveniant, tamen istic suam affinitatem ostendunt, cum libri F G. illos versiculos prorsus omittant, B C D*E. ad extremam epistolam rejiciant atque codex A utrobique exhibeat. Iidem illi minuto charactere exarati tantum non omnes 1 Cor. 6, 20. in additamento peccant: καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ θεοῦ (præter 17. 46. 109. 71. 67** cum uncialibus concinentes); c. 7, 3. habent glossam ὀφειλομένην εὔνοιαν loco ὀφειλήν (præter 6. 17. 46. 67** 71.); v. 5. σχολάζητε pro σχολάσητε (exceptis 39. 46. 73. 74. 80.), ibique addunt τῇ νηστείᾳ καί (præter 9. 10. 17. 29. 46. 47. 67.** 73.); ibidem glossam recipiunt συνέρχεσθε pro ἦτε præter 17. 46. 71. 73.).

Jam seculo quinto hæc duplex varietas codicum exstitit, ac viris doctis cognita fuit, ita ut *Euthalius*, diaconus alexandrinus, anno 462 textum alexandrinum n. T. cum exemplari manu Pamphili scripto et

Cæsareæ obvio comparaverit, quemadmodum ipse ad calcem epistolarum Paulinarum subscribens fassus est (v. Biblioth. Coislinian. p. 262.). Exstant apographa codicis Euthalii, quæ Griesb. in Paulo numeris 46 et 109. (hic est noster cod. Marc.) distinxit, eaque vere inter classes orientalem et occidentalem medium tenent, modo a parte codicum uncialium modo ab altera stantes. Neque tamen consilium textus emendandi ex usu codicis diversæ naturæ apparet; sed tantum variam lectionem exscripsisse videtur Euthalius, unde, ut forte casus ferebat, posteriora apographa vel textum alexandrinum reservarunt, vel lectiones variantes in illius locum suffecerunt.

Utraque codicum classis *subdivisiones* seu *familias* habet, quarum in orientali quidem a criticis minus ratio habita est, ob eam fortasse causam, quod libri hujus classis magna ex parte nonnisi interrupte collati essent, fortasse etiam, quod minus constanter in diversas partes abeant. Sed e fonte occidentali certe duo rivuli emanant: cum *africanus* in membranis A B C (vulgo alexandrinus dictus), quibuscum patres et interpretes ægyptii facere solent, tum *latinus* (vulgo occidentalis nuncupatus) in codd. D E F G, qui cum interprete antehieronymiano patribusque latinis præcipue concinunt. (Cf. e. g. varia lectio apud Griesb. 1 Corinth. 14., ibique præsertim transpositio versiculorum 34. et 35. in D E F G., translatione Itala et Ambrosiastro obvia.) Interdum quoque libri familiæ africanæ ad translationem latinam accommodati videntur, quanquam e solo consensu classis occidentalis cum vulgata nequaquam, ut quibusdam videbatur, conformationem codicum quasi latinizantium ad Vulgatam colligere liceat. Cum autem e. g. Col. 2, 10. libri B D E F G unâ cum exemplari latine facto Sangermanensi ὅ (pro ὅς) ἐστιν ἡ κεφαλή, cum ibidem c. 3, 14. A B C F G cum Clemente alexandrino et interpretibus Italo

Vulgatoque ὅ (pro ἥτις) ἐστι σύνδεσμος exhibeant, solœcismus est, ex imitatione linguæ latinæ: „quod est caput," „quod est vinculum." Posteriore loco codex 17. barbarismum ὅτίς habens ostendit, hominem quempiam latinum ὅ supra ἥτις scripsisse, ex quo in cod. 17. ὅτις et in aliis ὅ, quod ipsum ad rationem grammaticæ membrana D* in ὅς reformavit. Relativum enim aut a nomine præcedente, velut c. 2, 10. 17. Ephes. 1, 23., aut more latino a sequente pendere oportet, ut 1 Cor. 3, 17. 1 Tim. 3, 15. Similiter Act. 2, 38. latinum loquendi genus, quod etiam Vulgatus habet, in cdd. A C irrepsit, qui φησί in mediis verbis, quæ adducuntur, ponunt. Denuo hinc argumentari poteris, familias classis occidentalis mutuo concordare. Tum vero quæ fuerit caussa necessitudinis utriusque familiæ, historia ecclesiastica explicare videtur, quod christianos a Vandalis et Muhamedanis ex Africa ejectos libros sacros secum in Italiam portasse probabile est. Eorumque textum cum domestico italo mixtum esse arbitror. Neque tamen contextus cdd. A B C a contextu cdd. D E F G, neque contra derivari potest, sed in antiquiore auctore utraque familia conjungitur: unde modo hæc modo illa propius priscum exemplar commune sectatur.

Mixti generis sunt aliquot libri manu scripti, qui e classe orientali et familia africana codicum unâ conflati sunt. In quo numero reperiuntur in Actis et epistolis catholicis præcipue libri 15. 18. 25. 36. 40. et Mosquensis d, atque in epistolis Paulinis codices 17. 31. 37. 39. 46. 47. 67. a sec. manu, 71. 73. 80, nec non utrobique, quem ego excussi, Marcianus XI. Eorum vaga et incerta indoles seu sine consilio ex varia lectione ad márginem notata, sive studiose recensione alicujus censoris antiqui oriri potuit. Cum vero in describendis exemplis librarii potius casu quam consilio ducti vetusta exemplaria in

suum usum convertisse videantur, eo minus mihi quidem placet, quod vulgo etiam classes codicum inter se discrepantes *recensiones* perhibeantur, atque de recensione orientali, alexandrina occidentalique sermo sit. Cum enim illi mixtæ conditionis libri vix recensionem continere videantur, minus etiam his ea denominatio convenit. Namque διόρθωσις quædam varias lectiones sine certa stabilitate hinc illinc corripere solet, quemadmodum et in hodiernis recensionibus et in istis, quos dixi, libris manu scriptis factitatum esse videmus. Verum peculiaris varietas tam probarum quam improbarum lectionum in utraque classe obvia indicium est potius editionis ἀδιορθώτου.

D. Joannes Albertus *Bengelius*, summus criticus, hunc canonem de duabus classibus codicum olim feliciter secutus est: „Totum, inquit, genus documentorum, ex quibus variæ lectiones colliguntur et deciduntur, in duas quasi nationes distrahitur, asiaticam et africanam." Verum D. *Jo. Jac. Griesbachius* rivos illos unius fontis occidentalis pro duobus fontibus habuit, universosque codices e tribus quasi exemplaribus principibus deduxit, ex recensionibus scilicet orientali, alexandrina et occidentali. Sicut autem in hereditatibus defuncto patre, superstitibus uno filio et duobus nepotibus, hi duo pro uno numerantur, atque unâ semis, singuli vero non trientem, sed quadrantem accipiunt; ita iniquum est, ramos codicum cum stirpibus, familias cum classibus confundere. Quæ res ut magis perspicua esset, in priore epistola ad Corinthios classium diversitatem perscrutatus deprehendi consensum vel omnium vel nonnullorum librorum familiæ africanæ et latinæ CXCIV. locis a classe orientali discedentem. Quare istæ familiæ persæpe concurrentes communi nomine *classis occidentalis* denotandæ videbantur. Quod si libri A B C pro *classe*

alexandrina haberi possent, circiter totidem peculiaribus lectionibus gaudere deberent, neque cum familia latina nec cum classe orientali communibus. Contra tantum in L locis, iisque parum insignibus, membranæ ABC seu AB seu AC seu BC seu B 17 proprio Marte incedunt. At in ponderandis codicibus et in textu castigando multum interest, utrum Griesbachii an nostrum canonem adoptes. Ille in cdd. ABCDEFG convenientibus cunctis, seu demto aliquo ex alterutra vel utraque familia, gravissimum suffragium duplex adversus classem orientalem invenire sibi persuasit, nos unum suffragium bilingue, quo testimonium contrarium orientale nondum obtunderetur.

D. Jo. Leonardus *Hugius* introductione in n. T. T. 1. p. 184. recte quidem codices unciales arcto vinculo nexos esse cognovit. Sed id quod Hieronymus præfatione in Paralipomena de triplice recensione veteris testamenti a septuaginta interpretibus conversi refert, editionem ejus vulgatam ab Hesychio in usum Alexandrinorum et Aegyptiorum, a Luciano pro Constantinopoli usque ad Antiochiam, atque ab Origene Palæstinensibus probantibus recognitam esse, arbitratu suo ad universum codicem biblicum tanquam ab his recensitum et in varias regiones isto modo propagatum transtulit; et deinde in libros manu scriptos n. T. dispiciens, vulgarem editionem (τὴν κοινὴν ἔκδοσιν) interpolationibus fœdatam in DEFG, Hesychii recensionem in ABC (17. 46. Paul.), Luciani in pæne omnibus libris minoribus literis perscriptis, et Origenis in translatione philoxeniana remanere putavit. Sed omnino dubium est, illine triumviri in n. T. studium posuerint, quum Hieronymus præfatione in quatuor Evangel. ad Damasum codices quosdam n. T. a Luciano et Hesychio nuncupatos diceret secundum paucorum hominum perversam contentionem; quorum

codicum naturam hoc modo significavit, esse falsa quæ addita essent. Imo apocrypha perhibentur ea Evangelia, quæ falsavit Lucianus et Hesychius, in Decret. P. 1. distinct. 15. §. 27. Falsa autem addere, sane non est censoris, sed interpolatoris; neque præsertim in eos libros, quos a Luciano et Hesychio Hugius derivat, suspicio talium additamentorum cadit, potius in codices DEFG. Ponamus igitur, istos criticos etiam in n. T. operam quandam navasse, tamen nemo unquam recensionem n. T. ad codicum fidem castigatam iis tribuit, nedum celebritatem recensionis; minus etiam fructum laboris eorum adhuc superesse affirmari potest. Hieronymus quidem in Catalogo Lucianum tradit tantum in scripturarum studio laborasse, „ut *usque nunc quædam* exemplaria scripturarum (n. T.) Lucianea nuncupentur." Sin ea ætate nonnisi quædam exemplaria, licet non extra dubitationis aleam posita, a Luciano denominabantur, multo minus hodieque ei codices classis orientalis, ut Hugio videbatur, adscribendi; id quod non modo de tot documentis, sed ne de uno quidem exemplarium nostrorum demonstrari potest. Ante Hugium quidem Semlerus (ad Wetstenii libellos ad crisin n. T. pertinentes §. 83. 177.) Lucianum et Hesychium auctores late propagatarum recensionum esse arbitratus, neque vero de Origene suspicari quidquam ausus est. Jam certius de recensione Euthalii et de interpolatione Marcionis constat, neque desunt in nostris codicibus vestigia manus Marcionis et Euthalii: nemini tamen in mentem venit, ad eos omnem discrepantiam codicum referre. Neque ea ex quodam præjudicio historico definiri et extricari potest. Res ipsa, codicum indoles, quæ per se spectanda, conjecturæ Hugii contraria est. Nam eorum diversitas non tam ex generalibus recensionibus consulto factis, quam ex colluvie singularum correctionum,

scholiorum, glossarum et scribendi mendorum fortuito nata est, ideoque omnes, si forte excipias paucos libros mixti generis singulaque loca in compluribus a censore quodam immutata, in universum ἀδιόρθωτοι sunt; neque in recensiones, sed in classes et familias distribuendi. Ipse Griesbachius in Meletemate II. de vetustis textus n. T. recensionibus (in fronte Commentarii Critici P. II. p. XXXIV.) fassus est nonnisi alexandrinam recensionem proprie esse dicendam, in componendo Evangelio et Apostolo elaboratam, occidentalia contra et orientalia exemplaria casu potius propter librariorum incuriam ac singulas censorum mutationes discrepare. Confitetur etiam Hugius editionem librorum DEFG ἀδιόρθωτον esse. Sed cur hanc præcipue operæ criticorum eximit? Scilicet quia Clemens alex., quem editionem vulgatam sequi ait, cum aliquot lectionibus in DEFG obviis consentiat; sed iste æque vel plus etiam cum ABC concinit. Addit, quia editio librorum ABC purgatior sit; sed quin eadem editio vulgata et minus et magis corrupta esse possit, non video; et mox monstrabimus, nonnullos nævos in ABC secundo loco derivatos esse, et solum primo codices DEFG peccasse, alibi etiam DEFG solos recte legere, ita ut in his locis editio cdd. ABC corruptior et magis ἀδιόρθωτος appareat. *)

Quando *de antiquitate et præstantia utriusque agminis codicum* sermo infertur, in diversas partes abeunt eruditi. Postquam *Bengelius* auctoritatem librorum gregariorum classis orientalis numero po-

*) Griesbachius in Comment. crit. P. II. p. LIV. temporum ratione adductus Hugio obloquitur, Hesychium post tertium seculum medium demum floruisse, sed jam antea Clementem al. et Origenem exemplaribus alex. ab editione κοινῇ admodum diversis usos fuisse.

tioris merito imminuerat, *Griesbachius* classis occidentalis codicibus antiquitate pollentibus nimis favit, eosque tota classe orientali pluris fecit. Contra *Chr. Fr. Matthæi* *) et *Jo. Martin. Augustinus Scholz* **) Bonnensis editionem orientalem longe præstantiorem autumaverunt, et si non ab omni corruptionum genere immunem, tamen omnium minime corruptam. Verum facile fieri potest, ut caterva codicum apprime consentientium fucum faciat; quod tamen non committendum. Namque maxima pars depravatarum lectionum primis seculis invasit, et medio ævo scitius et sanctius descriptum est; ita ut nihil obstet, quo minus mirum consensum exemplarium ævi posterioris ætas pravi ludibrii præcesserit. Ergo ista testimonia sæpe repetita nondum pro firmis argumentis veritatis haberi possunt: incerto enim fundamento caduca est bella domus. Griesbachius in Curis in historiam textus græci epist. Paulinarum p. 95 sq. caussas docte exponit, cur inter Græcos a quinto seculo, apud Latinos aliquanto post licentia librariorum cessaverit. Nimirum cum obortis dogmatum controversiis, tum commentariis multis conscriptis, doctores catholici verbis contextus sacri pressius inhærebant, quibus et hæreticos confundere et sodales studiosa explicatione instruere possent. Tum ecclesiæ pro inita arctiore societate et mutuo commercio exemplaria sacra secum communicabant et editionem ecclesi-

*) Matthäi über die sogenannten Recensionen, welche der Abt Bengel, der Dr. Semler und der G. K. A. Griesbach in dem griechischen Text des N. T. wollen entdeckt haben. Leipzig 1804.

**) Scholzii Curæ criticæ in historiam textus Evangeliorum p. 49. Und Grundlinien einer Geschichte des Textes des N. T., in seiner biblisch kritischen Reise, Leipzig 1823. S. 163 ff.

asticam stabilis auctoritatis adoptabant, abs qua recedere religio esset. A monachis denique potissimum, hominum genere superstitiosæ diligentiæ, libri sacri exarabantur.

Eandem vero ob causam, quia antiquitus præcipue licentia scribarum et correctorum luxuriavit, non ex ætate codicum sinceritas editionis quam exhibent æstimanda est; sed cum alias inter codices juniores et textum recentiorem multum interest, tum maxime in n. T., cujus interpolandi singularis quidam pruritus in ipsa antiquitate christiana dominatus est. Jam vero cum historia ejus editionum doceat, temporibus priscis plus quam posterioribus in textu sacro peccatum fuisse, hinc argumentari licet, exemplaria posteriora ob ætatem suam non præstantiora certe esse, ut quæ antiquioribus corruptis nitantur, sed tamen plerumque in editionis veritate vetustioribus paria esse. Neque igitur membranarum vetustas in re critica n. T., quantum fieri solet, tantopere jactanda videtur. Plura quidem monumenta seculi X. et XI. classis orientalis habet, neque vero tanta antiquitate gloriari potest, quanta e. g. codices A B, quorum posteriorem cl. Hugius sec. IV. scriptum esse conjicit. Sin quis ideo editionem occidentalem mundiorem existimet, fallitur. Casu enim fieri potuit, ut vetustissima exemplaria classis orientalis ob multitudinem apographorum recentiorum, ob incendia bibliothecarum, ob furorem hostium codici sacro infestorum interciderent, eorum tamen editio in nostris codicibus religiose servaretur. Re vera qui supersunt Euthaliani codices 40 (Act. 46. Paul.) et noster 109., quorum editio alexandrina mixta est cum editione Eusebii Cæsareensis, ii ubicunque a familia africana discrepant, cum classe orientali consentire solent. Igitur conjectura Scholzii loco modo nominato p. 48. minime respuenda videtur, editionem orientalem seu byzan-

tinam ex iislibris manasse, quos Constantinus M. cura Eusebii episcopi Cæsareensis (v. Euseb. de vita Constantini IV. 36.) et Constans cura Athanasii episcopi alexandrini (v. Athanasii Apologiam ad Constantium §. 4.) eleganter et accurate describi et in Europam mitti jusserint. Immerito certe editio orientalis tanquam recens invecta sæpius contemtui habita est. Prisca documenta concordia, patres et interpretes, frequenter reticentur, ut quæ cum textu secundum editionem orientalem potissimum recepto conferri solita erant; unde eorum discrepantia, non consensio vulgo annotabatur. Verum tamen en aliquot exempla, in quibus una editio orientalis cum antiquissimis testibus convenit. Legit classis orientalis Act. 7, 39 cum Irenæo τῇ καρδίᾳ, 1 Cor. 3, 1. unâ cum Clemente alex., Origene, Cypriano, Augustino ὑμῖν λαλῆσαι; 1 Cor. 8, 4. agnoscit vocem ἕτερος cum vetusta translatione Peschito; c. 10, 1. cum eadem substituit δέ loco γάρ, c. 11, 34. cum eadem et Clemente alex. adjectum habet δέ. C. 14, 19. membranæ unciales omnes ex v. 15, ut recte Bengelius censuit, τῷ νοΐ μου correxerunt; contra summa antiquitas lectionis orientalis διὰ τοῦ νοός μου inde patet, quod in hoc vitio librariorum origo scripturæ διὰ τὸν νόμον, jam Marcioni apud Epiphanium cognitæ, latet. 2. Cor. 9, 4. classis orientalis additamentum τῆς καυχήσεως ex loco parallelo c. 11, 17. cum Peschito commune habet, Hebr. 10, 34. unâ cum Clemente alex. τοῖς δεσμοῖς μου legit.

At ex continente serie variarum lectionum luculentius apparebit, utra classis codicum primigeniam editionem propius accedat et crebrius repræsentet. Itaque Griesbachius in Symbolis Criticis Vol. II. p. 639. recensens, quoties in epistola ad Romanos et priore ad Corinthios familiæ africana et latina conjunctim vel bene vel male legerent, reperit LVIII. firmas, LXIV. probabiles et XLI. non improbabiles,

adeoque CLXIII. lectiones pretio suo magis minusve commendabiles, contra tantum XI. manifeste falsas; XX. improbabiles et XXV. vix probabiles, hoc est LVI. lectiones veri specie destitutas. Concedamus, quod vix concedendum, Griesbachii judicium ab opinione præstantiæ classis occidentalis incorruptum fuisse; vicissim tamen ad conditionem classis orientalis peræque attendendum erat. Adoptata itaque istorum numerorum ratione, pro lectionibus in classe occidentali veri specie privatis LVI. ponamus totidem firmas contrarias in classe orientali, pro illis XLI. non improbabilibus cl. occ. totidem contrarias probabiles cl. or., et pro LXIV. probabilibus cl. occ. totidem contrarias non improbabiles cl. or.; ita in censum venient CLXI. lectiones cl. or. magis minusve bonæ notæ, et tantum LVIII. aut manifeste falsæ aut improbabiles aut vix probabiles. Ipse Griesbachius, qui classi occidentali canonis sui gratia nimium tribuit, tamen plures ejus scripturas in notas amandavit, in textum recipere dubitavit. Equidem in priore epistola ad Corinthios in codicibus ABCDEFG contra cunctos plurimosve libros minusculis literis scriptos consentientibus (solo E nonnunquam excepto) XXXII. lectiones adoptandas, XLVI. rejiciendas deprehendi; in uncialibus tantum non omnibus, sed ex utraque familia singulis aut aliquot testibus conspirantibus (e. g. ADE), nonnisi XIII. lectiones, extra classem orientalem, præferendas, et CIII. reprobandas. Griesbachius ipse ex uncialibus cunctis XXXVII. lectiones (in iis de nostris XXVIII.) recepit, et XLI. (in quibus XXXVII. e nostris) repudiavit; ex uncialibus tantum non omnibus itidem XIII. lectiones (in quibus IX. e numero nostrarum) amplexus est, CIII. (XCIX. de nostris) damnavit.

Hinc status corruptelæ classis occidentalis intelligi potest. Adde, quod familia latina per se (DEFG

seu DE seu FG) totidem fere locis a germana scriptura abhorret, et interpolationibus scatens in priore epistola ad Corinthios CLX. lectiones neque cum familia africana neque cum classe orientali communes habet. Actorum pæne paraphrasin exhibet codex cantabrigiensis D, sæpiusque cum patribus et interpretibus latinis concordat. Ergo in Italia, in Gallia et Africa plus corruptionis n. T. invasit quam in oriente. Quare potissimum scriptores alexandrinos et occidentales, Clementem, Origenem, Tertullianum, Hilarium, Augustinum, Ambrosium, asiaticorum et byzantinorum fere neminem, de ejusmodi depravatione codicum conqueri audimus (v. Scholz. loco memorato p. 17. sq. 46.). Ita Origenes (in Matth. T. XV. Vol. III. p. 671. ed. Rue) cum oscitantiam librariorum tum audaciam correctorum ex suo ingenio addentium et omittentium accusat. Alexandria sane, antiqua sedes literarum, ob nimiam sedulitatem et eruditionis sollertiam interpolationum quoque permultarum in n. T. mater exstitisse videtur, quas auctoritate florens civitas et prope legislatrix interpretibus vetustis: Copto, Syro, Arabi, Armeno, Persico, traditas propagavit. Asia et Europa contra, velut patria Actorum et epistolarum, adversus libidinem interpolatorum tanquam præsidia habuit exemplaria si non autographa, certe apographa de illis per successionem præ ceteris purius et sincerius descripta, ad quæ recurrere in promptu esset. Quocirca Tertullianus de Præscriptionibus c. 36. Afros suos ad ecclesias apostolicas delegavit, ut sibi de veritate editionis n. T. persuaderent.

Scitu dignum est, ad quales errores utraque codicum classis maxime inclinet, ut in lectionibus dijudicandis constet, utri minus fidei habendum sit. Nimirum in classe occidentali lascivia correctorum et levitas, quæ ex proprio ingenio novas fingit

lectiones, vagabatur. Contra in classem orientalem potius vitia ex ignorantia nata cadunt, ex ratione propagandi libros, cum alius ex alio transscriberetur, adeoque postrema exempla ab autographo longissime abessent. Igitur in cl. occ. licentia corrigendi potissimum in consilio vel addendi vel omittendi vel glossas invehendi, in permutandis vocabulis synonymis et in transpositione verborum cernitur. Librarii cl. or. potius aberrantibus oculis lapsi sunt, vel ob ὁμοιοτέλευτον, vel ob voces consonas antecedentes, vel ob compendia scribendi, vel perperam lectis, vel per negligentiam omissis vocabulis, vel scholiis vel glossis decepti, illis ad sententiam, his ad rariorem seu obsoletam dictionem interpretandam supra lineas seu margini illitis et partim ex locis parallelis petitis, unde contextus scholiis sive glossis aut adauctus, aut cum iis permutatus. Ubi familia africana a latina discedit, præsertim studium elegantioris styli effingendi et hebraismorum evitandorum perspicitur: unde Griesbachii dictum in Prolegomenis ad n. T. sect. III. p. LXXVII.: „grammaticum egit alexandrinus censor, interpretem occidentalis" (id est latinus).

Exemplis nostram sententiam de utriusque classis indole illustrare juvat. Familia africana Rom. 15, 32. constructionem participii ἐλθὼν absque καὶ post θεοῦ elegantius quam verius habet. Familia latina ibidem vocem θεοῦ permutat cum Χριστοῦ Ἰησοῦ, eademque loco συναναπαύσωμαι ὑμῖν glossa ἀναψύξω (seu ἀναψυχῶ) μεθ' ὑμῶν utitur. Ibidem v. 33. fam. lat. interpretandi causa ἤτω ante μετά addit. Ab ea Rom. 16, 16. verba ἀσπάζονται ὑμᾶς αἱ ἐκκλησίαι τοῦ Χρ., ut salutationes Pauli a ceterorum rite disjungantur, suo loco omittuntur, et post v. 21. hoc modo: καὶ αἱ ἐκκλησ. πᾶσαι τοῦ Χρ. argute assuuntur; unde etiam familia africana licet sede non moverit, tamen additamentum πᾶσαι (quod post v. 21. poneretur

necesse erat) assumsit, in quo Griesbachius male convenit. 1 Cor. 1, 8. suscepit fam. lat. glossema: ἐν τῇ παρουσίᾳ (loco ἡμέρᾳ) τοῦ κυρίου, quod Vulgatus cum primigenia scriptura ita junxit: „in die adventus." Eadem 1 Cor. 3, 18. post μωρὸς ἑαυτὸν ἐξαπατάτω adjicit: κενοῖς λόγοις; c. 6, 6. post ἀπίστων paraphrastice addunt libri FG: καὶ οὐκ ἐπὶ ἁγίων. Iidem c. 9, 24. ante οὕτω adjungunt: ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν: iidem c. 10, 16. glossam agnoscunt: τὸ ποτήριον τῆς εὐχαριστίας pro εὐλογίας. Duos versiculos c. 14, 34. et 35. fam. lat. post v. 40. ponit, quia v. 36. aptius cum v. 33. cohærere videbatur. — Sed censor alexandrinus quoque interdum interpretandi causa arbitrarias mutationes fabricatus est. Insigne exemplum exstat Act. 13, 20., ubi familia africana verba ὡς ἔτεσι τετρακοσίοις καὶ πεντήκοντα cum commate præcedente jungit, et καὶ μετὰ ταῦτα postponit. Etenim quemadmodum hodie, jam tum disceptatum fuisse videtur, utrum anni CDL. inde ab electione patriarcharum usque ad imperium in Canaan constitutum, an per tempus regiminis judicum computandi essent. Cum vero prior sententia censori magis arrisisset, ne calculo locus 1 Reg. 6, 1. repugnaret, neque dativus ἔτεσι loco accusativi offenderet, verba prudenter transponendo omnem litem diremit. *Transponit* classis occidentalis Gal. 6, 12. μὴ post Χρ., Eph. 5, 28. καὶ οἱ ἄνδρες ὀφείλουσιν, c. 6, 21. καὶ ὑμεῖς εἰδῆτε, et mox γνωρίσει ὑμῖν, 1 Thess. 1, 8. ἔχειν ἡμᾶς λαλεῖν in uncialibus omnibus, duos infinitivos vitandi gratia. Quod cum ita sit, alibi quoque transpositiones eorundem temere sequi nefas duco, a quibus Griesbachius e. g. Rom. 13, 8. Gal. 3, 17. 5, 1. 17. decipi se passus est. Omittit cl. occ. Col. 1, 23. prius τῇ in verbis πάσῃ τῇ κτίσει τῇ, ne articulus iteretur. Ergo ut brevi absolvamus, classi occidentali in iis lectionibus, in quibus consilium vel libido novandi pellucet, criticum diffidere oportet.

Quamvis

Quamvis *familia latina* ejusmodi sit, ut suffragio suo lectiones, si externa argumenta per se spectentur, suspectas reddat, nihilo minus pretiosas quasdam gemmas conservavit, præsertim in codicibus F G. Exempla, de quibus in notis criticis disputabimus, hæc sunt: Rom. 6, 12 ὑπακούειν αὐτῇ legunt D E F G cum Irenæo; Rom. 7, 21 verba ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται absunt a solis F G; Rom. 14, 4 δυνατεῖ γάρ exstat in A F G; ibidem v. 9 Χριστ. ἀπέθανε καὶ ἀνέστη in solis F G; 1 Cor. 2, 4 λόγοις abest ab F G; 1 Cor. 14, 38 ἀγνοεῖται habent D* F G cum A* ut videtur; 2 Cor. 1, 13 ἢ ante καί desideratur in F G; 2 Cor. 10, 12 sq. οὐ συνιοῦσιν. Ἡμεῖς δέ omittunt D* F G. — Huc pertinent et eæ lectiones, in quibus libri F G propius familia africana ab archetypo absunt, non quo germanam scripturam suppeditent, sed primigeniam exhibentes interpolationem, quæ derivatior in A B C cernitur: cujus rei exempla subscribam, non quo corruptæ editioni familiæ latinæ patrocinari velim, sed ut circumspectum ejus usum in re critica defendam et probem, utpote quæ pro sua antiquitate una probas lectiones conservare possit. Codices F G 1 Cor. 7, 37 cum interprete vetusto Italo omittunt adjectivum ἑδραῖος, quod a communi exemplari classis occidentalis abfuisse censendum est, quia in reliquis documentis hujus classis post καρδίᾳ transpositum deprehendimus, scilicet e classe orientali suppletum alienoque loco immissum. Iidem F G 1 Cor. 9, 8 exhibent: ἢ εἰ καὶ ὁ νόμος ταῦτα λέγει, qua in lectione origo interpolationis classis occidentalis, quamvis Griesbachio probatæ, latet. Ex itacismo enim ἢ in εἰ mutatum erat, quod posterius Marcion apud Epiphanium simpliciter legit, et archetypum classis occidentalis cum priore ἢ junxit, ut est in F G, quæ causa exstitisse videtur negationis οὐχί ejiciendæ, quam libri A B C D E adhibita classe orientali quidem restituebant, sed secundum Mar-

cionem falso loco collocatam, εἰ demto, ita: ἢ καὶ ὁ νόμ. ταῦτα ἐ λέγει. Iidem F G cum D* 1 Cor. 9, 10 fine versiculi omiserunt ἐπ᾽ ἐλπίδι, quo denuo intruso, familia africana perperam scribebat: ἐπ᾽ ἐλπίδι τῦ μετέχειν. Legunt F G 1 Cor. 9, 15 τις κενώσει absque ἵνα, unde interpolationes familiæ africanæ derivantur. Prior censor negationem intromisit: τις ἐ μὴ κενώσει, sic noster 109 (qui tamen utpote mixti generis a classe orientali ἵνα et κενώσῃ suscepit); posterior locutionem ad græcas aures magis accommodavit, hoc modo: ἐδεὶς μὴ κενώσει, quod in cd. A, unde B D*: ἐδεὶς κενώσει. Abest 1 Cor. 11, 14 αὐτὴ ab F G, quod reliqui unciales ex classe orientali repetitum post φύσις transponebant, quibus Griesbachius applaudebat. Pariter quod libri B D* E tria commata Rom. 16, 25—27, quemadmodum in editionibus nostris, post v. 24, quæ ante collocari oportebat, transponebant, porro quod cod. A ea ad calcem et capitis 14 et capitis ultimi bis dabat, et quod A C comma 24 omittebant; propterea suspicari licet, ab archetypo classis occidentalis ea commata omnino abfuisse, sicut ab F G, eaque postea aut alieno loco, aut dupliciter, aut cum interitu commatis 24 adscripta fuisse.

Nec non codex Vindobonensis apud Griesbachium numero 71 distinctus unus nonnunquam primigeniam corruptelam familiæ africanæ servavit. Is 1 Cor. 9, 1 verba ἐκ εἰμὶ ἀπόστολος omittit, quæ ideo a familia africana transponuntur, Griesbachio male approbante (v. not. crit.). Itidem 1 Cor. 15, 19 in uno 71 scriptura archetypi cunctorum uncialium exstat, ab illo enim ἐν Χριστῷ abest, quod hi transponunt ante ἠλπικότες. Excidit 2 Cor. 7, 13 δὲ in 71 cum quatuor aliis, unde in B C D E F G hæc particula ante τῇ παρακλήσει irrepebat. Hebr. 7, 13 unus 71 μετέχειν loco προσέσχηκε ob antecedens μετεχ. habet; hinc familia africana mediam quandam lectionem προσέχειν fin-

gebat, quæ Griesbachio placuit. Adde egregiam a Griesb. recte adoptatam scripturam hujus codicis unâ cum tribus quatuorve aliis testibus propinquis Col. 2, 2 τῦ θεῦ, demtis posterioribus additamentis (v. not. crit.).

De Codicibus Venetis Bibliothecæ D. Marci.

Octo libri scripti, in quibus Acta et epistolæ insunt, Venetiis asservantur. Eorum quatuor posteriores epistolas Pauli tantum continent, qui quidem nitide scripti et satis antiqui, sed in numero gregariorum sunt; iidem in tumultibus bellicis Lutetiam Parisiorum transvecti, munificentia Imperatoris Francisci restituti sunt. Singulos haud secus, ac Griesbachius in Prolegomenis ad editionem, denominavimus; sed cum hic iisdem codicibus alias notas in Evangeliis, alias in Actis et epistolis catholicis, alias in epistolis Pauli, alias denique in Apocalypsi impertire consuesset, constanter numeros ab eo in epistolis Pauli adhibitos retinere, quam toties titulos mutare maluimus.

Ex his codicibus insigniores pauculas lectiones (de cod. 108 nonnulla ex Matthæo, Marco et Luca, de cod. 109 tribus tantum locis Act. 20, 28. 1 Ioh. 5, 7 Rom. 16, 25) *Birchius*, Hauniensis, in itinere Venetias delatus excerpsit. Post a *Frider. Engelbreth*, „cui pretiosum hunc codicem penitiori examine dignissimum iterum iterumque commendavit" Birchius (v. ejus Prolegom. in var. Lectt. Act. Apost. Epist. C. et P. 1798 p. XIX.), codex 108 paullo diligentius examinatus est, qui sæpius in Addendis editionis Griesb. ad Acta Apostolorum, numero 95 notatus, nec non in lectione variante Griesbachii ad epistolam Jacobi et Apocalypsin (tria enim hæc scripta

accuratius Engelbreth inspexit), isque in Apocalypsi titulo 46 insignitus, inducitur. Sin nostram hujus codicis collationem comparaveris, eam non modo alibi, sed etiam in ipsis Actis et epistola Jacobi multo locupletiorem esse facile deprehendes. Tum vero de Apocalypsi ad calcem meæ Lucubrationis speciminis gratia adjungere cœpi lectiones ab Engelbreth prætermissas ex primis capitibus collectas, e. g. c. 2, 23 singularem scripturam τὰ τέκνα αὐτῶν, quam noster cum solis interpretibus Armeno et Slavonico communem habet. Recte igitur Morellius in Bibl. Ms.: „Engelbrethus et ipse," inquit, „Acta Apostolorum haudquaquam expendit, neque in epistolis recte omnia vidit," atque ipse lectionum delectum ad fidem faciendam primus attulit.

Codex 106, Bibliothecæ D. Marci N. v. in folio, membranaceus, foliorum CDXLIII., seculi XV. Continet vetus et novum Testamentum. Post Evangelia sequuntur Acta et epistolæ catholicæ, deinceps Apocalypsis et postremo epistolæ Pauli. Morellio (in Bibl. Ms. Gr. et Lat. p. 8) judice manu Johannis Rhosi Presbyteri Cretensis, quo maxime librario Bessario Cardinalis utebatur, exaratus est.

Codex 107, Bibliothecæ D. Marci N. VI. in folio, membranaceus et partim chartaceus; seculi XV, foliorum CDXXXI. Biblia veteris et novi Testamenti, exceptis libris Macoabæorum. Sed inest Daniel, quem Anton. Maria Zanetti in Græca D. Marci Biblioth. Codd. Mss. per titulos digesta (Venetiis 1740) p. 14 inesse negavit. Apographum est codicis prioris. Totidem enim verbis habet argumenta et conclusiones, ipsaque menda scribendi, e. g. Rom. 7, 22 pro συνήδομαι — δυνήσομαι, c. 12, 2 μὴ abest ab utroque, c. 12, 5 uterque ἓν σῶμα duplicat, neque minimum discrimen in epistola ad Romanos usque ad hoc loci interest.

Codex 108, quondam Cardinalis Bessarionis, nunc Bibliothecæ D. Marci N. X. in 8, membranaceus, foliorum CDIX, seculi XIV. seu XV. judice Morellio. Continet Acta et epistolas catholicas, epistolas Pauli, quas subsequuntur Evangelia et Apocalypsis. Post Acta scholion de itineribus et morte Pauli ex Euthalii Prologo in ep. Pauli desumtum exstat, cujus initium: Μέχρι μὲν τούτου Λουκᾶς ὁ συνέκδημος Παύλου κ. τ. λ. Corpus Paulinum præcedit pars Prologi Chrysostomi, cujus initium: Μέλλοντες εἰς τὴν ἐπιστολὴν κατιέναι ταύτην κ. τ. λ. In epistol. cathol. et Pauli Prologi Euthaliani adsunt.

Jac. Morelli in Bibliotheca Ms. græca et latina (Bassani 1802) p. 8 codices duos antecedentes tertii apographa esse censuit, idque Birchium latuisse. Facile in Evangeliis quidem concedamus, duos ab uno exscriptos fuisse, quod in Apocalypsi ultro affirmamus; sed contra factum esse videtur, ita ut librarius codicis 108 Evangelia et Apocalypsin ex 106 descripserit. Namque ex ordine, quo in codice 108 libri sacri sese excipiunt, patet, eum primo tantum corpus Actorum et epistolarum complexum fuisse, cui post Evangelia et Apocalypsis adjuncta essent. Ita in codice Basileensi apud Griesbachium n. 1 notato Evangelia post Acta et epistolas ponuntur; sed Evangeliorum editio a reliquæ tenore admodum diversa satis docet, Evangelia posteriore tempore ex alio exemplari adscripta esse. (Cf. Hug. introduct. in N. T. Vol. I. p. 287.) Deinde librum 108 ab 106 potius quam contra pendere, inde intelligitur, quod ille, ut mox monstrabimus, hunc alias in suum usum convertit, cujus lectiones ad marginem notavit. Tum in Apocalypsi certe codex 108 secundam manum sec. XV. haud dubie prodit, ibique deficiunt variæ lectiones, quæ in Actis et epistolis ex 106 excerptæ sunt. Repetuntur autem et in 108 errata scribendi in Apocalypsi libri 106 obvia:

c. 1, 7 in utroque desideratur αὐτόν post ἔψιλαι, v. 13 scribitur μαθοῖς pro μαςοῖς, c. 2, 21 abest; vel eadem sigla c. 1, 8 utrobique reperitur: τὸ ἄλφα καὶ τὸ ω. Tamen c. 2, 17 librarius codicis 108 mendam cod. 106 εἶδεν recte in οἶδεν emendavit.

At in Actis et epistolis, etsi haud levis similitudo inter libros 106 et 108 intercedit, alter ab altero discrepat. Observavi quidem aliquot errores calami ductu admissos utrique communes: Act. 18, 17 ἔμελλεν pro ἔμελεν, c. 22, 21 μακρά pro μακράν, c. 23, 34 πειθόμενος pro πυθόμενος, c. 27, 16 ὑποδραμοῦντες pro ὑποδραμόντες. Ii vero jam in communi archetypo exstitisse censendi sunt; nam neuter ab alterutro exscriptus est. Quod ut demonstrem, non ea multa loca recensebo, quæ codex 108 ex 106 aut correxit aut varia lectione instruxit; quoniam opponere quispiam possit, librum 106 ex 108 descriptum varias quoque lectiones ibi obvias fideliter expressisse. Quæ vero lectiones annotatorem codicis 108 fugerunt, earum delectum in medium proferam: 1 Petr. 2, 21 cod. 106 ἡμῶν, ἡμῖν cum aliis legit, sed cd. 108 cum aliis ἡμῶν, ὑμῖν sine ulla nota; 2 Petr. 1, 1 106 Σίμων cum aliis, 108 Συμεών, Rom. 4, 4. 10, 19 liber 106 duo errata cum suo apographo 107 quidem communia habet, neque vero cum 108; priore enim loco pro κατὰ ante ὀφείλημα habet καί, posteriore legit: μὴ, οὐ γινώσκει Ἰσραήλ. Rom. 15, 24 et 28 cod. 106 cum aliis Ἱσπανίαν, 108 Σπανίαν; 1 Cor. 7, 5 cod. 106 συνέρχεσθε, 108 cum aliis συνέρχησθε; 1 Cor. 14, 26 verba γλῶσσαν ἔχει absunt ab 106 aliisque, adsunt in 108; Eph. 3, 6 αὐτοῦ omittit 106 cum classe occidentali, habet 108; Phil. 4, 23 ἡμῶν exstat in 106, deest in 108 pluribusque; 1 Tim. 4, 6 et 2 Tim. 1, 1. 108 transponit Χρ. Ἰησ., quod 106 non agnoscit; 2 Tim. 4, 8 scriptura codicis 106 ἀνταποδώσει non notata in 108, neque illius unica lectio Tit. 1, 5 καταστήσαις pro καὶ καταστήσῃς, neque scriptura Tit. 2, 7 ἀδιαφορίαν, quam 106 cum paucis habet.

Igitur cum libri 106 et 108 varient, et tamen tantum non omnes variæ lectiones illius in hoc aut margini adscriptæ, aut lineæ superadjectæ, aut correctione infartæ sint; evincitur, possessorem aliquem codicis 108 illo collato fructum laboris annotasse. En aliquot luculenta exempla: Additamenta cod. 106 Rom. 4, 18. 2 Cor. 8, 4 in margine 108 exstant; Rom. 7, 15 unus 106 post θέλω addit ἀγαθόν et post μισῶ adjectivum πονηρόν, quæ vocabula 108 in ora habet. Lineis in eo superscriptum hoc fere

α οι α οι

modo est: 1 Tim. 1, 9 πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις, ut scriptura cod. 106 πατραλοίαις καὶ μητραλοίαις significaretur. Quin in hypographe posterioris epistolæ ad Thessalon. secunda manus cod. 108 super Ἀθηνῶν posuit Ῥώμης ex 106. Quæ ab 106 abfuerunt, in 108 expungebantur, e. g. Act. 1, 13 καί ante Ἰωάννης, quod in uno 106 desideratur et in 108 erasum deprehenditur; itidem Hebr. 2, 4 τε. Interdum ipsa verba cod. 108 oblita et ad modum cod. 106 correcta sunt, ut vix prima manus dignosceretur: e. g. in argumento prioris epist. ad Timotheum missæ in 108 Λαοδικίας est ex correctione, quod prius Μακεδονίας fuisse, ut in 109, probabile est. Etiamsi in deterius novatum est, tamen ubi codex 106 aperte lapsus videbatur, nihil annotatum: e. g. Act. 21, 16. 23, 8 2 Joh. 1 Rom. 7, 22. 12, 2. 5. 1 Cor. 7, 13. 2 Thess. 2, 2. 3, 6. Qui vero codici 108 istas annotationes adspersit, aliis præterea utebatur exemplaribus. Etenim Act. 14, 10 istic additamentum quorundam librorum codici 106 ignotum paginæ subnectitur hoc modo: εὕρηται ἐν ἄλλοις· σοι λέγω ἐν τῷ ὀνόματι Ἰ. Χρ. ἀνάστηθι. Alius seu aliorum codicum lectiones super linea comparent porro: Act. 19, 34 ἐπιγνόντες, v. 37 θεόν, 1 Joh. 3, 24 καί ante ἐν erasum, quod nusquam occurrit; 1 Joh. 5, 16 verba ἔστιν ἁμ. πρ. θάν., quæ ob homœoteleuton in utroque omissa erant, 108 in margine supplevit; ibidem v. 20 post οἴδαμεν insertum

δὲ, Rom. 15, 11 καὶ post ἔθνη illatum; Rom. 16, 3 πρίσκαν correctum; 1 Cor. 7, 29 ὅτι expunctum; 2 Cor. 11, 6 exstat in margine rara lectio φανερώσαντες ἑαυτοὺς, quæ cum apud interpretem Armenum tum in uno fragmento seculi X. (64 Griesbachii) codici Harleiano 5613 annexo invenitur; 2 Thess. 1, 9 τοῦ ante κυρίου intrusum.

Bessarionis ipsius manum in istis annotationibus criticis margini adscriptis agnovit Birchius in Prolegom. ad Evangelia edit. Hauniensis a. 1788 p. IV. Illustrem Cardinalem illum hoc codice maxime usum fuisse, collegit Morellius in Bibl. Ms. p. 25 ex divisione capitum Latinis recentioribus frequentata, quam Bessario literis nigris præter divisionis antiquioris notas rubras fecisse ad initium libri testatur. Eundem codicem Cardinalis, cum Concilio Florentino anno 1439 interesset, secum habuisse traditur.

Ne codicum numerus inutiliter cumularetur, non erat, quod in varia lectione singuli libri 106 et 108**, ubi posterior e priore correctus esset, vel 106 et 108, ubi convenirent, advocarentur, nisi seu gravitas seu novitas rei ita postulare videbatur. Itaque cum codex 108 adducitur, hæc nota librum 106 quoque comprehendit; cum codicis 106 mentio fit, is unus demto 108 (sive unâ cum 108 a secunda manu) intelligendus est; denique cum codex 108* memoratur, is unus absque 106, ex quo post correctus est, significatur. In Apocalypsi autem tantum liber 106 tanquam exemplar codicis 108 nominatur. Sed quoniam hanc rationem codicum, labore ad dimidiam partem confecto, demum perspectam habui, inde ab epistola ad Romanos usque ad posteriorem ad Timotheum liber 106 diligentius libro 108 excussus aut seorsum et unice excitatur, non quo diserte a codice 108 discedat, aut junctim cum codice 108 sæpe inducitur. Verum in Actis, epistolis catholicis, ad Titum, Philemonem et ad Hebræos scriptis, in

quibus codex 108 ad verbum collatus est, constanter eam regulam secutus sum, ita ut ibi nota 108 semper librum 106 unâ complecteretur, atque nota 106 nunquam non alterum excluderet.

Etsi, *qualis sit indoles nostrorum codicum*, ex ipsorum comparatione cum membranarum classibus et familiis in variis lectionibus declarata colligi possit, tamen universim disputandum esse duco, quibuscum scriptis libris maxime conveniant. Sunt nostri 106 et 108 ex antiqua classe orientali, et præcipue propinqui codici Corsendoncensi nunc Vindobonensi ab Altero collato seculi XII., apud Griesbachium numero 3 distincto. Vide e. g. Act. 7, 31, ubi κυρίου a solis 3 et 108* (sine 106) abest; Act. 13, 22 in solis 3. 108* ob homœoteleuton verba ὃς ποιήσει — μου desiderantur; c. 13, 44 soli 3. 106. 108 in locum ἐχομένῳ glossema ἐπερχομένῳ substituunt; c. 20, 28 habetur τοῦ κυρίου Θεοῦ in solis 3. 108*; c. 22, 11 soli 3. 108* pro χειραγωγουμένους ὑπό exhibent brevius μετά; Rom. 3, 29 soli 3. 108* habent καὶ οὐχί pro οὐχὶ δὲ καί; 1 Thess. 2, 15 soli 3. 49. 108* ob homœoteleuton verba καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων omittunt; 2 Thess. 2, 4 soli 3 Mosquensis d. 106 et 108 ὡς Θεόν post καθίσαι transponunt; 1 Tim. 5, 4 soli 3. 35. 108* cum Vulgato et Ambrosio μανθανέτω loco μανθανέτωσαν exhibent. Neque vero ea est affinitas, ut nostri pæne exempla dicendi sint codicis 3: fons est communis, una familia, sed suas singuli proprietates habent. Neque quas equidem in nostris deprehendi, eæ forte per incuriam in conferendo libro 3 neglectæ in eo inesse censendæ sunt; sed plures in eo diserte notatas frustra in nostris quæsivi, e. g. Act. 5, 34 Hebr. 10, 32.

In tanta scriptorum librorum n. T. multitudine usus et præstantia codicis ex copia rariorum lectionum æstimatur, quæ aut vetustæ aut ad textum emendandum idoneæ sunt. Cum in gregariis codicibus nescio an unquam unicæ et singulares

scripturæ, nisi quæ oscitantia librariorum ortæ sint, occurrant, ex numero ejusmodi lectionum in 106 et 108 obviarum eruitur, eos accurata collatione dignos fuisse, præsertim cum Engelbreth eorum locorum memorabilium, quæ mox recensebo, fere nullum in medium protulerit. Fieri enim solet, ut codices tantum in iis locis, de quorum varia scriptura jam constet, consulantur; quæ vero consuetudo in conferendis membranis extra ordinem excellentioribus dubito an laudanda sit. In his enim egregiæ quædam scripturæ latere possunt, in vulgaribus libris non obviæ, quæ tamen pluris habendæ sint quam testimonia pro pridem notis lectionibus recens coacervata.

a) *Antiquæ lectiones rariores* in libris 106 et 108 aut solis aut unâ cum paucis aliis hæ fere occurrunt.

Codex 106 unice Act. 1, 13 omittit καὶ ante Ἰωάννης, quo singula membra orationis apprime sibi respondere videantur. Idem unus Act. 4, 23 ἀνήγγειλαν pro ἀπήγγειλαν habet. Act. 19, 17 unice transponit: πᾶσι γνωστόν. Rom. 7, 15 unice cum Cyrillo alexandr., cum Vulgato et Armeno interpretamentum agnoscit, post θέλω inserens ἀγαθόν et post μισῶ adjectivum πονηρόν. Aliquoties styli elegantiam sectatus, correctiones paucorum codicum familiæ occidentalis et præcipue interpretis Vulgati refert: Act. 4, 5 cum A D E loco εἰς Ἱερουσαλήμ legit ἐν Ἱερ., Act. 5, 39 pro δύνασθε cum C D E et Vulgato elegantius quam verius δυνήσεσθε, 1 Petr. 2, 6 cum C aliisque et Vulgato περιέχει ἡ γραφή loco περ. ἐν τῇ γραφῇ. Rom. 4, 18 scholion ex Genesi 22, 17 post σπέρμα σου contextui admixtum habet: ὡς τὰ ἄστρα τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ὡς ἡ ἄμμος τῆς θαλάσσης. Sed apostoli menti locus Genes. 15, 5 potius obversabatur. Faciunt cum nostro Vulgatus et manu scriptus et ex editione Sixtina, atque codicum græcorum soli F G, qui tamen pro τὰ ἄστρα legunt οἱ ἀστέρες et pro ἡ ἄμμος — τὸ ἄμμον. Rom. 15, 28 noster præterit αὐτοῖς cum solis B 76.

Codex 108 unus Act. 2, 12 omittit πάντες per compensationem cum v. 7, ubi eandem vocem ex v. 12 cum pluribus addit (v. not. crit.). Act. 21, 12 unice legit: ὡς δὲ ἠκούσαμεν, ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, ἠρωτῶμεν αὐτὸν τοῦ μὴ ἀναβαίνειν εἰς Ἱερ. Origo corruptionis perspicua est: postquam verba ταῦτα παρεκαλοῦμεν ob homœoteleuton exciderant, censor antiquus, qui aliud exemplar ad manus non habuit, ex suo ingenio ἠρωτῶμεν αὐτόν, omisso mox αὐτόν, injecit. Lacuna rectius quidem in exemplari, ex quo noster 106 transscribebatur, suppleta fuit, non restituto tamen pronomine αὐτόν, quod etiam in 106 deest, qua in causa hujus cognatio cum 108 ostenditur. 1 Cor. 11, 27 unice cum Basilio ms. et Chrysostomo τοῦ κυρίου omittit, quod probe observandum, cum post ἄρτον classis orientalis non minus τοῦτον addiderit, et duo codices τοῦ κυρίου post ἀναξίως transposuerint, plura autem documenta τοῦ κυρίου et ante et post ἀναξίως collocarint. Cum uno libro 3 et interprete Coptico Act. 2, 7 pro Γαλιλαῖοι habet Ἰουδαῖοι, Act. 4, 5 cum cdd 3 et D atque translatione Peschito omittit αὐτῶν, Act 5, 37 cum uno D præterit πάντες ante ὅσοι, Rom. 4, 3 ejicit δέ cum D*G et interpretibus Italo et Vulgato, Rom. 15, 24 cum familia latina prætermittit γάρ.

Codices 106 et 108 junctim Act. 2, 2 soli transponunt βιαίας πνοῆς, Act. 7, 34 unice infinitivo ἐξελέσθαι præponunt τοῦ, Act. 19, 38 primum unâ cum 3 omittunt τεχνῖται, quod bene notandum, dein soli habent ἔχουσι πρός τινας pro ἔχ. πρός τινα. Cum cdd. 3 D atque translatione Peschito Act. 2, 47 inserunt ἐν ante τῇ ἐκκλησίᾳ, Rom. 12, 20 cum D*FG prætereunt οὖν.

Quæ scripturæ omnes etsi haud sciam an commendabiles sint, tamen codicum 106 et 108 proprietatem quandam et necessitudinem cum editionibus perantiquis indicare videntur. Ejusmodi exemplaria e caterva ceterorum peculiari charactere immunium

secernenda sunt, in eorumque usu circumspiciendum, num e fontibus priscis, unde manarunt, locis laborantibus nonnihil auxilii afferri possit, quæ sane ex grege librorum in depravatione mire convenientium ad sanitatem restitui nequeant.

b) *Egregiæ lectiones rariores* in codicibus 106 et 108 octo certe insunt, de quibus singulis videas velim nostras notas criticas: quinque in iis solis, tres, quas adoptare non dubitaverim, reliquæ maxime quidem observandæ ac probabiles, si quando alia documenta accedent. Act. 22, 17 uterque unice exhibet προςευχομένῳ pro προςευχομένου μου, quod nescio an ab interprete antiquo loco illius super linea scriptum fuerit. Rom. 13, 4 iidem cum 109 aliisque nonnullis recte transponunt εἰς ὀργὴν, ἔκδικος. Hebr. 12, 24 iidem cum B paucisque aliis verius τὸ, Ἄβελ pro τὸν Ἄβελ exhibent. Insignes et tantum non recipiendæ scripturæ in uno 108 tres exstant: 2 Petr. 2, 12 φυσικῶς loco φυσικά, Rom. 5, 18 εἰς ante κατάκριμα abest cum Syro, 1 Cor. 9, 15 μᾶλλον omittitur, unde in 106 transponitur. Unâ cum 106 exquisitam lectionem exhibet 1 Cor. 5, 4, pronomen ἡμῶν omittens, et cum aliis insuper nonnullis, in quibus et noster 109, Rom. 8, 34 præterit καί ante ἐστιν.

His lectionibus esti præcipuus fructus operæ et collationis nostræ contineatur, tamen hic non est unicus; sed pro editionis quæ habetur in 106 et 108 antiquitate et præstantia in multis aliis locis dubiæ scripturæ, ubicunque illi tesseram adjiciunt, haud leve momentum faciunt.

Codex 110, Bibliothecæ D. Marci N. XXXIII., in folio majore, membranaceus, foliorum CCCLXX, seculi circiter X., judice Zanettio p. 25. Continet epistolas Pauli, cum catena in margine, quæ maxime convenit cum Oecumenii commentario edito.

Codex 111, Bibl. D. Marci N. XXXIV., in folio minore, membranaceus, foliorum CCCLXXII.,

seculi circiter XI: priora folia vetustiora sunt. Continet epistolas Pauli, cum commentario in margine haud multum a superiore discrepante. Præter prologum habentur peregrinationes S. Pauli, martyrium et alia ejusmodi, quæ apud Oecumenium. Non subscribitiota, sed apponit, e. g. κῶι id est κυρίῳ.

Uterque consimilis et diligentissime exaratus est. In epistola ad Titum missa ter tantum differunt in rebus minutis: c. 2, 7 codex 110 cum pluribus habet ἀδιαφθορίαν, 111 cum perpaucis ἀδιαφορίαν, c. 3, 8 τῷ abest ab 111 cum classe occidentali, c. 3, 9 codex 110 mendose scribit ἔρις pro ἔρεις. Proinde in nostris variis lectionibus non semper singuli excitantur, sed nota 110 etiam liber 111 comprehendi solet; ubi autem unus 111 nominatur, cod. 110 excluditur.

Pertinent ad classem orientalem, certa proprietate vacantes. Nam pauculæ varietates, quibus e grege codicum eminent, nescio an correctioni cujusquam debeantur. Ita 1 Cor. 1, 27 verba ab ἵνα ad ἵνα proximum omittunt cum classe occidentali; ibidem v. 29 αὐτοῦ pro τοῦ θεοῦ cum Vulgato habent; c. 5, 7 οὖν cum eodem Vulgato et codicibus classis occ. bene proscribunt; Col. 4, 8 cum Italo et codd. classis occ. alteruter 111 recte legit γνῶτε τά pro γνῷ τά. Semel tantum unicam scripturam in iis me reperire memini. Nimirum 1 Cor. 2, 9 nomini ὀφθαλμός articulum ὁ præponunt, quam rem cum nullo codice, sed tantum cum Theophylacto communem habent.

Codex 112, Bibliothecæ D. Marci N. XXXV., in folio, membranaceus, foliorum CLIX., seculi circiter XI. Est Commentarius in ep. Pauli, cujus specimen Zanetti p. 25 ejusmodi exhibet e principio ep. ad Gal.: Εὐθὺς τὸ προοίμιον, τὴν γεγενημένην ἐλέγχει διαβολὴν καὶ ἀναιρεῖ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπων μαθητής· τῆς γὰρ ἀποστολικῆς ἔφη χάριτος ἠξιῶσθαι, οὐκ ἀν-

θρώπων τοῦτο αὐτῷ δεδωκότων· οὐδὲ γὰρ ὑφ᾽ ἑτέρου ἐζώγρειτο, ἀλλ᾽ αὐτὸς αὐτὸν ὁ δεσπότης οὐρανόθεν οὐκ ἀνθρώπῳ χρησάμενος ὑπουργῷ. τοῦτο γὰρ τὸ οὐδὲ δι᾽ ἀνθρώπων, καὶ ἵνα μή τις ὑπουργὸν τοῦτον νομίσῃ, ἐπήγαγε καὶ θεοῦ πατρός κ. τ. λ. In principio mutilus est: incipit Paulus inde ab 2 Cor. 1, 21. Hiat ab 1 Thess. 4, 13 usque ad 2 Thess. 2, 14. Desinit Hebr. 10, 25 inde a verbis: ἑκουσίως γάρ. Egregiam et ad emendandum textum idoneam lectionem, de qua vide notam criticam, Hebr. 3, 10 unâ cum Cyrillo alex. et septem scriptis libris habet, omittens διό.

Codex 113, Bibliothecæ D. Marci N. XXXVI., in folio minore, membranaceus, foliorum CXCIII., seculi circiter X. Continet epistolas Pauli cum commentario Theodoreti, quem ubi Griesbachius adduxerat, nostrum 113 excitare supersedi.

In utroque (112 et 113) Pauli verba in medio commentario, præviis lineolis contortis „ inferuntur.

Cum in tanta copia scriptorum librorum n. T. jam ii tantum, qui compluribus peculiaribus scripturis excellunt, digni videantur, qui cum diligentia nauseæ plena ad verbum conferantur; hujus laboris in codicibus 110. 111. 112. 113 impendendi me piguit, sed ne putidus videar, satis habui de plerisque lectionibus alibi variantibus nostros consulere eorumque aut consensum aut dissensionem annotare. Speciminis autem gratia in una epistola ad Titum data cunctos accuratissime comparavi variasque lectiones plene excerpsi.

Codex 109, Bibliothecæ D. Marci N. XI. in 4 membranaceus, foliorum CCCII., seculi XI., trilinguis, ternis columnis græce, latine et arabice Acta et epistolas continet. Fuit olim codex monasterio S. Michaelis de Traina, quæ Siciliæ urbs etiam Troyna dicta, ordinis S. Basilii; cujus rei indicio sunt duæ annotationes: una p. 8: ὑπάρχει τοῦτο τὸ βιβλίον μονῆς τῶν ἁγίων καὶ ἀρχαγγέλων δὲ Τραῦνα

altera p. 252: ἔστι κίστου λίβρου δι λοῦ μοναστηρίου δι σάντου μιτκέλου δι τραΐνα. (Sermo est semiitalus.) De monasterio illo Rocchus Pyrrhus disserit in Sicilia sacra T. II. p. 1016 ed. Panorm. 1733, ut recte monuit cl. Morellius in Bibliotheca manuscripta Græca et Latina p. 23. Incipit codex inde ab Act. 1, 12, et desinit in epistola ad Titum missa; ultima enim folia desiderantur, in quibus epistola ad Philemonem perscripta erat, cujus argumenti initium adest. Item Act. 25, 21 duo folia desunt, verba enim οὗ πέμψω, a quibus pagina incipere debebat, usque ad 26, 18 τοῦ ἐπιστρέ non exstant; neque tamen in forma codicis neque in numeris paginarum manifestum signum defectus cernitur, unde colligi potest, numeros post, quam scripta esset membrana, adjectos esse. Euthalii prologos et capitum titulos exhibet. Argumentum epistolæ ad Hebræos verbi gratia breviter et scite ita absolvit: Θεολογία Χριστοῦ ἐν δόξῃ πατρὸς καὶ ἐξουσίᾳ τῶν πάντων, μετὰ τῆς καθάρσεως τῶν ἐπὶ γῆς, ἀφ' ἧς ἀνέβη εἰς τὴν ἐπουράνιον δόξαν. In translatione latina prologus in epist. catholicas idem est, qui Hieronymo tribui consuevit. Qui capitum tituli ibidem præfiguntur, exstant fere omnes inter vulgatos a Josepho Thomasio Cardinali. Inest quoque Canon unus epistolarum Pauli harmoniam continens, sub titulo: „Canones epist. Pauli juxta earundem locos invicem sibi concordes hinc indeque collecti. Canon primus, in quo prima consonat sequentibus epistola. De Prædestinatione, ad Romanos cap. 1 et 21 ad Cor. 1, 7 ad Ephes. 1, ad Timoth. secunda secundo, ad Tit. 1." Sectiones ad lectiones sacras accommodatas et dies festos in exordio pericoparum perhibet. Sic ad 1 Cor. 1, 18 super pagina notatum est: εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ. καὶ τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ. Ad Col. 2, 8 sub pagina legitur: εἰς τὴν περιτομὴν τοῦ κυρίου.

Cum cl. Zanetti in Gr. D. Marci Bibl. p. 15 codicem 109 seculo circiter XIII. adjudicaret, nobis *de majore ejus ætate* exponendum est. Scholzius in Curis criticis in historiam textus Evangeliorum p. 74: „scriptura continua," inquit, „literarum sine distinctione vocum, vocalium et consonantium permutationes, vocalium sono affinium confusiones, præpostera ν ἐφελκυστικοῦ positio, omnisque orthographia in hoc codice ut in antiquissimis reperiuntur, in codicibus vero post sæculum decimum scriptis vel rarissime vel plane non apparent." De Cyprio vero codice Evangeliorum, quem seculo VIII. adscribit, ei sermo est. Jam in nostro quidem ut minusculis literis scripto intervalla vocabulorum distincta, attamen præpositiones, velut etiam in codice 111, nominibus jungi et accentibus carere solitæ sunt. Apices negligenter appinguntur et permutantur, cujus rei et totius scribendi habitus exempla habes additamenta Tit. 1,9. 11, quæ ego fideliter expressi. Contendit vero Scholzius loco memorato, post septimum seculum rarissime, post nonum nunquam evenire, ut accentus et spiritus sæpius perperam pingerentur vel plane deessent. In nostro etiam sequente consonante οὕτως scribi et ν ἐφελκυστικόν adjici, ut in membranis AB (vide Hugium de antiquitate cod. Vaticani p. 15), jota neque adscribi nec subscribi solet.

Propter itacismum crebro vocales ι υ η ει οι, nec non ε et αι confunduntur in cod. 109. Verbi causa Act. 20, 17 in voce μηλήτου pro μιλήτου η cum ι et ι cum η permutantur; item Hebr. 1, 3 ἐκαθησεν (sine accentu) pro ἐκάθισεν. Ponitur ι pro ει e. g. 1 Cor. 2, 12 ἴδωμεν loco εἰδῶμεν, et vicissim ει pro ι Act. 2, 31 προειδῶν, Hebr. 13, 5 ἐγκαταλείπω. Mutatur ει in η e. g. Act. 2, 28 πληρώσης, Rom. 5, 17 ἤ pro εἰ, Rom. 10, 19 ἔθνη bis. Tum η passim vicem literæ οι tenet: Act. 26, 30 αὐτῆς, Rom. 4, 14 ἤ pro οἱ; contra οι locum

vocalis

vocalis η habet: Hebr. 11, 31 δεξάμενοι pro δεξαμένη, Hebr. 12, 11 αὐτοῖς. Eandem ob causam pronunciandi υ loco οι scribitur: Rom. 16, 1 φύβην; vice versa οι pro υ Tit. 1, 11 οἱ βρίζοντες pro ὑβρίζοντες, υ pro η et contra sæpius, e. g. Act. 10, 47 ὑμεῖς pro ἡμεῖς. Passim permutantur ι et αι, illud cum hoc Rom. 4, 14 κεκαίνωται pro κεκένωται, Rom. 6, 21 ἐπαισχύνεσθαι, Eph. 5, 11 συγκοινωνεῖται; hoc cum illo Phil. 4, 10 ἐκεχαρῆσθε. Aliarum literarum permutatio hæc fere occurrit: ω loco ο frequenter, Act. 2, 5 et Col. 1, 23: ὑπὸ τῶν οὐρανῶν, Act. 6, 5 πρόχορων καὶ νικάνωρα, Act. 24, 25 ἔχων pro ἔχον, 1 Cor. 2, 16 ἔχωμεν, 2 Cor. 1, 13 γράφωμεν, Eph. 6, 18 αὐτῷ τούτῳ, Hebr. 7, 13 ἐφ' ὧν. Rursus ο loco ω, Act. 3, 12 τοῦτο loco τούτῳ, 1 Petr. 2, 19 ἄδικος pro ἀδίκως, Rom. 5, 17 τὸ pro τῷ, Rom. 8, 33 ἐκλεκτόν. Usurpatur ι pro ω Hebr. 5, 11 νωθροί pro νωθροί, ι loco η 1 Cor. 15, 33 ἴθη, ι loco α Act. 10, 38 ναζερέτ, αυ loco ω 1 Cor. 13, 5 αὐσχημονεῖ pro ἀσχημονεῖ, υ loco ο Act. 22, 16 ἀπόλυσαι pro ἀπόλυσαι, υ loco ν Phil. 2, 17 σπεύδομαι, ν loco μ 1 Petr. 3, 3 ἐνπλοκῆς. Hæc loca, in quibus scribendi negligentia potius quam lectionis varietas perspicitur, infra non amplius repetentur. Cæterum noster ut in his rebus hactenus relatis Cyprio codici a Scholzio descripto consimilis est, ita scribit ἐναλος simplice ν Act. 10, 3. 30 (Act. 3, 1 alterum ν oblitum) æque ac idem Cyprius observante Scholzio p. 61.

Quæ cum ita sint, et cum seculo decimo consuetudo minoribus literis utendi increbuerit, paulum temporis membrana 109 a seculo X abesse, sed vel ad hoc vel ad proximum pertinere videtur.

Exemplar vero, unde nostrum descriptum est, literis uncialibus continua scriptura sine intervallis, sine apicibus, ut membranas omnium antiquissimas, exaratum fuisse, ex certis indiciis evincitur: 2 Tim. 2, 8 unus 109 legit μνημονεύειν Χριστόν pro μνημόνευε

'Ιησοῦν Χριστόν. Librarius scilicet in suo exemplari ΜΝΗΜΟΝΕΥΕΙΝΧΝ scriptum et forte lineolas transversas vetustate pallidas reperisse putandus est. Ideoque crebro accentus inepte appingit, interdumque vocabula perperam dividit, e. g. Act. 18, 14 ἀδικίματι loco ἀδίκημά τι, v. 15 ζήτίματι loco ζήτημά τι, Act. 21, 37 μέλλοντες loco μέλλων τε, Gal. 2, 2 κηρύσσων loco κηρύσσω ἐν, Hebr. 5, 4 ἄλλο loco ἀλλ' ὁ. Propter continentem seriem verborum in archetypo obviam quandoque factum est, ut librarius noster primam literam vocum cum præcedente junctam legeret et dupliciter exhiberet: sic Rom. 10, 9 habet ἐν τῆ καρδίας σου, quod vitium nescio an commissum esset, ni oculi ΚΑΡΔΙΑΣΟΥ deprehendissent. Pariter 1 Tim. 1, 9 δικαίων νόμος loco δικαίῳ νόμος exhibens ob contagium peccavit.

Tum e permultis mendis scripturæ, quibus codex 109 scatet, intelligitur, non solum librarium stolidum fuisse eumque in exprimenda tradita editione ab ingenii pruritu et protervitate abstinuisse, sed etiam archetypum, cujus exemplum est, ea fuisse conditione, ut labi facile esset, nimirum intervallis vocabulorum carens et antiquitate obliteratum ac lacerum seu tineis adesum difficile lectu fuisse. Qua in re quoque noster Cyprium æquiparat. Errata omnia præter innumeras confusiones vocalium ι υ η ει οι et ε cum αι, ad noscendum librarium hoc loco quam in varia lectione recensere malebam. Act. 2, 8 ἐγεννήθημεν pro ἐγεννήθ. c. 2, 47 προςετέθη pro προςετίθει, c. 7, 5 ἔδωκ. αὐτὸν pro ἔδ. αὐτῷ, c. 7, 16 ὠνήσατο, c. 9, 33 κραβάττω pro κραββάτῳ, c. 10, 8 ἀπές. αὐτοῖς pro ἀπ. αὐτούς, c. 10, 41 προκεχειροτομένοις pro προκεχειροτονημένοις, c. 15, 36 βαρνάβα pro βαρνάβαν, c. 16, 4 κεκρυμμένα pro κεκριμένα, c. 20, 28 ἑαυτοὺς pro ἑαυτοῖς, c. 21, 5. προπ. ἡμῶν pro προπ. ἡμᾶς, c. 21, 23 ἀφ' pro ἐφ', c. 21, 31 πείρης pro σπείρης, c. 22, 24 ἀνατάξασθαι pro ἀνετάζεσθαι, c. 22, 28

γεγένημαι pro γεγένν., c. 24, 3 φίλημ pro Φῆλιξ, c. 26, 29 εὐξάμην pro εὐξαίμην. 1 Petr. 2, 12 ἐποπτεύσαμεν pro ἐποπτεύσαντες, c. 3, 4 ἀφθάρτυ pro ἀφθάρτῳ, c. 5, 5 ἀλλήλυς pro ἀλλήλοις, c. 5, 12 ἐπιμαρτύρων ἐπιμαρτυρῶν. Jud. 12 σπιλάδαις σὺν εὐοχύμεναι pro σπιλάδες συνευωχύμενοι. Rom. 1, 30 καλαλάλυς pro καταλάλ., c. 15, 24 προςπεμφθεῖναι pro προπεμφθῆναι. 1 Cor. 3, 8. τό pro τόν posterius. 2 Cor. 1, 20 ὅσα pro ὅσαι, c. 12, 4 ἐξῶν ἀνθρώπων pro ἐξὸν ἀνθρώπῳ. Gal. 1, 12 αὐτόν pro αὐτό, c. 2, 1 Βαρνάβαν pro Βαρνάβα. Phil. 3, 12. ἐφῶν pro ἐφ' ᾧ, c. 4, 15 θλήψεως pro λήψεως. 1 Thess. 5, 12 κοπιῶντας pro κοπιῶντ. Hebr. 8, 7 ἐξηγεῖτο pro ἐζητεῖτο, c. 11, 1 πράγματος pro πραγμάτων, c. 11, 31 μετ' εἰρήνην pro μ. εἰρήνης, c. 14, 17 ἀποδιμάσθη pro ἀπεδοκιμάσθη. Morellius l. c.: „codex, inquit, interpolationes has habet, quales nunquam me videre memini.“

Similitudo haud levis inter nostrum 109 et Petavii tertium (nunc Alexandrino Vaticanum 179 et apud Griesbachium in Actis nota 40 in epistolis Pauli numero 46 insignitum) in omni habitu ac tenore intercedit. Vel unicas scripturas habent interdum communes: verbi causa additamentum 1 Cor. 16, 19 nusquam alibi obvium Ἀπολλῶς καί, 2 Tim. 4, 19 longius additamentum, quod nemo alius agnoscit. Uterque exhibet prologos Euthalianos, quos Zacagnius e codice Petavii edidit. Sicut Euthalius seculo V. editionem alexandrinam cum exemplari Eusebii contulit, uti supra monuimus, ita certe editionem codicis Petavii et nostri ex utraque classe mixtam deprehendimus, ut ex recensione Euthali esse uterque dici possit. In plurimis quidem lectionibus sequuntur classem orientalem, in multis vero classem occidentalem; modo hoc, modo illo pressius editionem africanam referente, ut se invicem suppleant, atque in penuria scriptorum librorum classis occidentalis ambo accurata collatione dignissimi fuerint.

Euthalii editio, quatenus ex his ejus exemplis intelligitur, aliquam affinitatem præcipue cum vetusta membrana alexandrina litera A notata habuit. Nonnihil locorum ex nostro 109, Petavii codice non consentiente, proferamus. Act. 1, 13 cum solis ABCD transposuit Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος. Rom. 11, 13 cum A aliisque novem omisit ἐγώ. 1 Cor. 1, 27 cum AFG verba ab ἵνα ad proximum ἵνα præteriit, ubi alter codex Petavii dedita opera alia ejiciendo aliaque transponendo sensui consulere et correctione lacunam curare tentavit, cum noster, nescio an præeunte ipso Euthalio ex Eusebii exemplari, in margine, quæ exciderant, recte exhiberet. 1 Cor. 5, 10 cum ACG legit ὠφείλετε. Fidelius etiam nostro liber Petavii codicem alexandrinum A comitatur, e. g. Act. 13, 20 ille sine nostro istam correctionem supra dictam familiæ africanæ præbet. Cum lectiones trium capitum Act. 5. 6. et 7. in editione Griesbachii de eo notatæ cum nostro 109 comparantur, hic ab illo discedit Act. 5, 18. 32. bis 36. 6, 7. 13. 7, 3. 5. 13. 16. 18. 26. 31. 47, ne computatis quidem iis scripturis, quæ codici 109 propriæ, certe in libro Petavii haud observatæ sunt. Neque his locis ulla correctio in 109 comparet, alterque ibi plerumque cum A facit, abs quo noster tum dissentit. Plus enim hic ex collatione Euthaliana editionis Eusebii suscepisse videtur

Vestigia memoratu digna adhuc supersunt, librarium nostrum vel ejus antecessorem *exempla alexandrinum lectionibus classis orientalis instructum ante oculos habuisse.* 1 Cor. 5, 3 a nostro e quatuor aliis abest γάρ, a classe occidentali subsequens ὡς: posterior conjunctio e classe orientali lineæ superscripta non dubito quin causa prioris omittendæ fuerit. 1 Cor. 12, 12 unus 109 omittit τ σώματος, scilicet classis occidentalis præterit subsequens τοῦ ἑνός, quo e classe orientali suppleto, priora verba, quæ omitti non debebant, interierunt

1 Cor. 13, 10 unus noster τό post τότε præterit; ipse nimirum cum cl. occ. voce τότε primo caruisse videtur, qua ex cl. or. illata, quod subter erat τό ejectum est. 2 Cor. 6, 16 ὑμεῖς-ἐσμέν exhibens, partim correctionem ex cl. or. suscepit, partim in scriptura cl. occ. permansit, cum illa ὑμεῖς-ἐστέ, hæc (B D 17. 71.) ἡμεῖς-ἐσμέν legeret. Quum ejusmodi natura et conditio archetypi codicis 109 fuisset, inde correctiones in nostro aliquoties obviæ originem duxisse videntur. Censori enim posteriori haud scio an tribui possint, ut qui tot errata nequaquam intacta reliquerit. Ita Rom. 12, 5 noster post ὅλως super linea καί inserit, quod propinquus 46 cum Peschito et Armeno jam in contextum adoptavit.

Origo ægyptia editionis 109 flexione aoristi secundi ad formam primi ibi residua et dialecto alexandrinæ propria confirmatur: v. Hug. Introduct. in n. T. Vol. 1 p. 257. Scholz. loco memorato p. 40 sq. Act. 2, 23 habet ἀνείλατε, c. 7, 10 ἐξείλατο, c. 7, 21 ἀνείλατο, c. 14, 19 ἔσυραν, c. 22, 7 ἔπεσα, c. 23, 27 ἐξηλάμην pro ἐξειλόμην.

E *lectionariis* aut notis aut ignotis plura codex 109 vel addidit, vel omisit, vel immutavit. Act. 2, 14 verba ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις adjecit, similiter v. 22. 38. 3, 11. 4, 13. et passim in Actis. 1 Cor. 1, 18 præcedit exhortatio: Ἀδελφοί, et conjunctio γάρ abest. 2 Cor. 8, 1 γνωρίζω loco γνωρίζομεν δέ exhibet. Eph. 2, 14 initio pericopæ Χριστός vice αὐτὸς γάρ ponitur.

Jam *de antiquitate et usu critico* editionis Euthalianæ in 109 expressæ nobis disputandum est. Observasse in eo quasdam interpolationes mihi videor, unde posteriora menda et in codice omnium antiquissimo B et in classe occidentali prope unanimi et in universa classe orientali derivata sint. Act. 2, 6 ἤκουον noster in aoristum ἤκουσαν mutaverat, quod ipsum codex B in ἤκουσεν corrupit. Rom. 14, 13 mutatio particulæ ἤ in εἰ, quam liber 109 itacismo

adductus habet, codici B causa, si quid video, omissionis fuit cum hujus particulæ inepte eo modo adulteratæ, tum præcedentis nominis πρόσκομμα. — Quod Eph. 2, 3 noster Clementem alex. secutus φύσει omiserat, membranæ ADEFG cum Origene eam vocem transposuerunt. — Act. 7, 15 omissio conjunctionis καί ante κατέβη in cod. 109 unâ cum codd. Petavii, 73 et D obvia jam in archetypo classis orientalis exstitisse putanda est, unde hæc cum cod. B lacunam explere conabatur injiciendo δέ: v. not. crit. Act. 22, 16 exhibet noster primigenium scholion κυρίου, quod non dubito quin in archetypo cl. or. super αὐτοῦ scriptum fuerit, unde hæc universa plenius τοῦ κυρίου fabricabatur.

Epistola ad Hebræos, quæ in familia latina et classe orientali epistolam ad Philemonem datam excipit adeoque agmen scriptorum Pauli claudit, in nostro, ut in codice propinquo 46, in familia africana ABC et proximis, apud interpretes Armenum et Copticum, apud Theodoretum atque in veteribus exemplaribus apud Epiphanium adversus hæres. I. 36 T. I. p. 373 Opp., posteriorem ad Thessalonicenses subsequitur. Sic Athanasius in epistola festali T. 1 P. II. p. 962 ed. Maur., in qua canonem librorum sacrorum recenset, epistolam ad Hebræos post utramque ad Thessalonicenses missam enumerat, non ex opinione privata, sed publicam sententiam ecclesiarum Aegypti secutus; qua in re suffragatur auctor synopseos s. scripturæ in Opp. Athanas. T. II. p. 197 (v. Hug. de antiquitate cod. Vaticani p. 24). Neque vero in corpore Paulino commodiorem et antiquiorem ordinem quam ante quatuor literas ad singulos homines datas epistola ad Hebræos tenuisse videtur; vel aliquando post epistolam ad Galatas eam, utpote pariter ad gentem scriptam, sedem occupasse suspicatur Hugius loco memorato ex adscripto capitum continuorum numero in codice B,

ubi exeunte epistola ad Galatas caput undesexagesimum, et ineunte epistola ad Hebræos sexagesimum notatum est. Locus autem, quem hæc epistola post Philemonem habet, disceptationibus ab ecclesia romana præsertim jactatis, demum assignatus esse videtur, postquam ea primum proscripta, deinde deteriore sede denuo adjungeretur decreto concilii Carthaginensis, quod auctore Augustino „Pauli epistolas tredecim, ejusdem ad Hebræos unam" reciperet.

Complures lectiones antiquas in Patribus aut interpretibus obvias codex 109 vel unus vel cum paucis veteribus libris servavit. Unus Act. 7, 47 cum Peschito αὐτῷ omittit; Act. 10, 7 cum eadem Peschito et libro latino Laudiano τὸν προςκαρτεροῦντα habet; 1 Petr. 2, 15 cum uno Clemente alex. ἐργασίαν loco ἀγνωσίαν legit; Eph. 2, 3 cum solo Clemente et Aethiope φύσει ejicit; cum affini 46 eodemque Clemente 1 Cor. 9, 19 πάντας pro πλείονας exhibet; 3 Joh. 9 cum uno interprete Sahidico ὅτι pro ἀλλ' habet; Jud. 20 cum solo Armeno ὑμῶν præterit; Rom. 16, 1 cum Aethiope et Chrysostomo ἡμῶν proscribit; Act. 19, 27 cum uno cod. 23 et interprete Slavo pro ἡμῖν habet ἡμῶν, ibidemque v. 33 cum uno Slavo ἦλθεν loco ἤθελεν; cum eodem uno Slavo Rom. 16, 21 ὁ συγγενής loco οἱ συγγενεῖς; cum eodem 1 Cor. 8, 6 scholion contextui immiscuit; Rom. 11, 13 cum cdd. 46 G et interpretibus Italo atque Vulgato futurum δοξάσω loco præsentis agnoscit.

Proprio Marte multifariam noster procedit, adeoque deperditis fontibus usus esse videtur: cujus rei potiora testimonia in medium proferam. Act. 2, 7 Γαλιλαῖοι perspicuitatis causa ante εἰσιν transponitur; c. 2, 11 post Ἄραβες additur καὶ Ἰνδοί; c. 2, 38 ὑμῶν post ἁμαρτιῶν adjicitur; c. 4, 5 τῇ ἐπαύριον loco ἐπὶ τὴν αὔριον ponitur; c. 4, 8 πρεσβύτεροι Ἰσραήλ loco πρ. τοῦ Ἰσραήλ; c. 5, 12 πολλά transponitur ante ἐν τῷ λαῷ; c. 7, 34 ἀκήκοα pro ἤκουσα legitur; c. 9, 40 δὲ

διήνοιξε loco δὲ ἤνοιξε; c. 19, 12 περιφέρεσθαι loco ἐπιφέρ. substituitur. 1 Joh. 3, 21 μή abest. Rom. 1, 4 pro κατὰ πνεῦμα exstat πνεύματος; c. 6, 19 παρεστήσατε et priore et posteriore loco exhibetur, quemadmodum quispiam conjectura legendum sibi persuasit. Rom. 9, 9 post ἐλεύσομαι ex LXX. πρὸς σέ additur. 2 Tim. 2, 11 ἀλλά ante καί adjicitur. In eodem uno majora quædam scholia in contextum recepta habentur: Tit. 1, 9, aliud v. 11, quod nescio quis græcæ linguæ parum peritus finxit; ibidem c. 3, 3 Hebr. 7, 1. 12, 23. Præterea duo additamenta, unum 1 Cor. 8, 6 cum Slavo, alterum 2 Tim. 4, 19 cum unico 46, communia habet. Cum solo 108 legit Act. 4, 15 αὐτοῖς pro αὐτούς, cum eodemque uno Act. 9, 21 verba τοὺς ἐπικαλουμένους omittit.

Quod si in codice 109 summæ antiquitatis scripturæ editionum alexandrinæ et orientalis insunt, non mirum est, hunc unum ad amovendos quosdam nævos tritissimos idoneum esse. Ideoque dignus videbatur, qui summa fide ad verbum conferretur, cujusque auctoritas in re critica magni fieret. *Lectiones rariores*, quæ familiam ducunt, in eo undecim notavi, de quibus singulis in notis criticis exponetur: octo adeo manifeste eximias, ut iis textum defraudare nefas duxerim, quorum quinque e nostro uno depromtæ. Unus Act. 9, 16 ὑποδείξω αὐτόν pro ὑπ. αὐτῷ egregie legit, Act. 18, 15 ζήτημά τι loco ζήτημά ἐστι, Rom. 5, 16 δέ omittit, Rom. 12, 2 συσχηματίζεσθαι - μεταμορφοῦσθε habet, Rom. 16, 18 εὐγλωττίας vice εὐλογίας ponit. Cum BDE duobusque aliis et interprete Slavo Act. 2, 30 καί ante καθίσαι laudabiliter adjungit; cum BDE et familiari 40 Act. 5, 26 ἵνα recte præterit; cum eodem Petavii, nostro 108, alexandrino 17 aliisque aliquot Rom. 13, 4 εἰς ὀργήν, ἔκδικος bene transponit. Unus 109 probabiles quidem tres lectiones habet, neque tamen ita firmas, ut unius auctoritas prævalere possit: Rom. 5, 20

πλεονεκτήσῃ

πλεονεκτήσῃ vice πλεονάσῃ, 2 Cor. 2, 5 demto μὴ, Eph. 5, 13 δὲ loco γάρ.

Latina translatio codicis 109 textui græco annexa, est quidem editionis Vulgatæ, sed tamen selectas quasdam scripturas habet antehieronymianas, unde notabiliores excerpendas duxi. Nonnulla de textu græco vicino assumsit. Inest nonnihil præclaræ lectionis: Col. 2, 17 cum Peschito et cum margine libri 66 nominativus Χριστός loco Χριστοῦ expressus est; Hebr. 4, 4 impeditissimum locum ex uno nostro libro latino omittendo γάρ ad sanam rationem pervenire posse arbitror: v. not. crit.

Cum Saraceni aliquando in sicilia dominarentur, eorum sermo in codice 109 expressus reperitur; neque vero est eadem translatio Arabica, quæ in Bibliis polyglottis Condinensibus deprehenditur, sed præ alia verba græca proxime sectatur, ut Morellius l. c. ex ore Matthiæ Norbergii Angermanni refert.

Clausulæ loco *de consecutione librorum sacrorum* paucis moneamus. In canone 59 synodi Laodicenæ anno 464 habitæ Acta cum epistolis catholicis præcedunt scripta Pauli. Eundem ordinem observant cum veteres interpretes, tum codices græci omnes hodieque cogniti, qui vel integrum n. T. vel cunctas epistolas complectuntur. Qui veró codices Acta et epistolas in duo corpora dividunt, nunquam Acta unâ cum Paulo comprehendunt, sed Acta cum epistolis catholicis uno volumine, et in altero Paulum seorsum continere solent. Recte igitur cl. *Matthæi* fecisse mihi videtur, ut eum ordinem in editione n. T. revocaret; plus enim consensui ecclesiæ antiquæ quam arbitrariæ mutationi recentiorum tribuendum. Sæpe numero in literis factum est, ut opinio recens instituta tot socios et cæcos asseclas invenerit, ut homines imperiti semper eam obtinuisse sibi persuaderent. *Bengelius* quidem hac

in re non ita sibi imponi passus est, ut Acta ab epistolis catholicis olim excipi non probe perspiceret; sed *Erasmi ordinem* se deserturum negavit, quod Pauli epistolæ, majori certe ex parte, ante quam catholicæ scriptæ essent, atque propiorem cum Actis nexum haberent. At si temporum ratio in disponendis libris n. T. haberetur, plane diversa series statuenda, et verbi causa in fronte literarum Pauli priores ad Thessalonicenses ponendæ essent; seu si necessitudinem sententiarum spectare velis, epistola ad Colossenos continuo illam ad Ephesios excipere deberet. Haud scio vero an æquum sit, has rationes in præponendo Paulo respicere, easdemque in aliis omnibus rebus negligere.

Varia lectio.

Πράξεις τῶν ἁγίων ἀποστόλων. 108. Cod. 106 titulo caret, tantum super pagina scriptum habet: Πράξεων φύλλον ά.

K. α'.

v. 11 ἐλεύσεται † πάλιν 106 cum aliis. v. 12 ὑπερῷ. † οἱ ἀπόστολοι 109 c. al. v. 13 καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβ. 109 c. cl. occ., Vulgatus in 109 habet; *et Johannes Jacobus et Andr.* Ante Ἰωάννης abest καί ab 106. † καὶ Φίλιππ. 109. v. 14 προσευχῇ † καὶ τῇ δεήσει 108 109 c. cl. orientali. Μαριάμ 109 c. al. v. 17 σὺν ἡμῖν 108. 109 c. cl. or. v. 18 τοῦ ante μισθοῦ abest 109

Animadversiones criticæ.

C. I.

4. Ne ab oratione obliqua continuo ad rectam incommode transeatur, post αὐτοῖς majore distinctione apposita, infinitivos pro imperativis accipito. Eadem enallage modorum occurrit Luc. Evangel. 9, 3. 22, 42 (ubi ita interpunge: εἰ βούλει, παρενεγκεῖν) Act. 23, 24 Matth. 5, 39 Rom. 12, 15. Sic imperativo infinitivum ejusdem potestatis subjungit Plato in Lyside §. 18 ubi v. Heindorf. p. 21. Alia e profanis, præcipue poëtis, exempla congessit Matthiæ in Gramm. Gr. §. 544. Etiam Glassius in Philol. sacra L. III. Tr. III. Can. 44, 3 id genus loquendi ex idiomate hebraico, Gregorio Nazianzeno, Phocylide et Virgilio bene illustravit. Similiter Act. 23, 22 Rom. 16, 17, cum interpunctionem emendaveris, infinitis vis imperativorum tribuenda.

13. καὶ Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος, ita transpone secundum cl. occ. et nostrum 109. Nam ubi Lucas Ev. 8, 51. 9, 28 eodem hoc ordine filios Zebedæi nominavit, studium ordinem invertendi in veteribus documentis perspicitur. Contra ubicunque Ἰάκωβ. καὶ

c. plur. ἐλάκησε 108 c. al. v. 19 *Acheldemach* 109 latine. v. 23 βαρσαββᾶν 108 c. al. v. 24 Griesbachii ed. exprimunt nostri.

Κ. β'.

v. 1 † οἱ ἀπόστολοι ante ἦσαν est in nostris tribus c. al. v. 2 βιαίας πνοῆς 106. 108. v. 3 ἐκάθησέν τε 109. v. 5 Ἰουδαῖοι 109 in margine habet. v. 6 ἤκουσαν 109. v. 7 ἐξίστ. δὲ † πάντες 109 c. al. abest πάντες ab 108* γαλιλ. εἰσιν οἱ λαλ. 109. Pro Γαλιλ.-Ἰουδαῖοι 108* c. alio. v. 9 Καππαδοκ. † καὶ Γαλατίαν 109 græce et latine. v. 10 † οἱ Ἰουδαῖοι 109. v. 11 ἄραβ. † καὶ ἰνδοί 109 gr. et lat., sed in græco super linea puncta tanquam

---

Ἰωάνν. legitur (Matth. 17, 1 Marc. 5, 37. 9, 2. 10, 35. 14, 33 Luc. 6, 14. 9, 54), nulla omnino reperitur varietas. Dignitas, qua Johannes floruit, fecit, ut Lucas eum fratri anteponere cœperit.

14. Verba καὶ τῇ δεήσει a Griesbachio abjecta revocanda, quia classis occidentalis tautologiæ opinione adducta ea omisisse videtur. Sed et alibi προσευχή et δέησις conjunguntur: Eph. 6, 18 Phil. 4, 6 1 Tim. 2, 1. 5, 5, et ita inter se differunt, ut illa preces omnis generis, hæc proprie petitionem (αἴτησιν ἐνδεῶν, uti Gregorius Naz. explanat) denotet.

C. II.

7. πάντες post δέ ex v. 12 assumtum videtur, quare suadentibus pluribus libris veteribus, interpretibus et patribus utriusque classis, præeunte Bengelio, ejiciendum. Vicissim aliquot codices v. 12 compensationis gratia ex hoc v. 7 interpolarunt, seu πάντες omittentes, seu ἄλλος πρὸς ἄλλον in πρὸς ἀλλήλους adulterantes.

30. Conjunctionem καί ante καθίσαι in soni repetitione absorptam (quemadmodum Matth. 13, 48 Act. 8, 28) ab 109 vero aliisque antiquissimis servatam, recipito. Quæ cum casu intercidisset, cen-

signa omissionis adsunt. v. 12 πάντες abest ab 108.* v. 13 διαχλευάζοντες 106. 109 c. familia africana, χλευάζοντες 108* c. ceteris. v. 14 † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις σταθεὶς δὲ ὁ π. 109. ἐπεφθέγξατο 108. v. 17 ἐνύπνια 106 109** c. al. ἐνυπνίοις 108* c. cl. occ. v. 22 † Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶπεν πέτρος πρὸς τὸν λαόν. ἄνδρες 109. In extremo καί abest ab 109 latino, ubi in græco super linea insertum. v. 23 καὶ τῇ γνώσει 109. v. 26 ηὐφράνθη 108. 109 c. cl. occ. v. 27 ᾄδην 109 c. cl. occ. v. 28 εὐφροσύνην 109. v. 29 ἐστιν 108. v. 30 τὸ κατὰ σάρκα ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καὶ καθ. 109 c. al. v. 31 οὐκ ἐγκατελείφθη ἡ ψυχὴ αὐτοῦ 109 c. al. ᾄδην

---

sores cl. occ., oratione incongrua visa, consilio, ut arbitror, alterum membrum: ἀναστήσειν τὸν Χρ. vel τὸ κατὰ σάρκα ἀναστ. τ. Χρ., alii posterius: καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, loco moverunt. Neque igitur probo Griesbachium, qui auctoritate perpaucarum membranarum verba τὸ κατὰ — Χριστόν, licet glossema non redolentia, deleverit. Aliunde quoque ista omissio commode orta esse potest, si in antiquis exemplaribus (D aliisque) ob prævium τοῦ articulus τό exciderat, adeoque aliquis librarius festinatione lapsus a voce κατά in verbum καθίσαι ob similem literarum priorum formam oculis et manibus præceps incidebat. Aoristus verbi καθίσαι, transitive accipiendi, eleganter continuationem actus indicat, cum præcedens futurum ἀναστήσειν unam actionem exprimat.

31. οὐκ ἐγκατελείφθη recte legit 109 cum bonæ notæ documentis, quorum tamen pars οὔτε ἐγκατ., probante Gr., habet. Librarii vero cum demto intervallo et spiritu ΟΥΚΕΓΚΑΤΕΛΕΙΦΘΗ scriptum reperirent, facile οὔτε ἐγκατ. depravarunt. Quocirca illam scripturam, ex qua hujus origo explicatur, antiquiorem habeo, neque timeo, ne ex v. 27 nata sit. — Mox Griesb. paucorum librorum cl. occ. fidem secutus

109 c. al. v. 33 ἁγίε abest 108*. v. 36 καὶ ante κυρίε abest ab 108* c. al., ceteri habent c. plur. recte. Mox καὶ Χρ. αὐτὸν omnes tres c. plur. v. 37 ποιήσωμεν 109**. v. 38 † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶπεν Πέτρος πρὸς τὸν λαόν. μετανοήσατε 109. ἁμαρτιῶν † ὑμῶν 109 gr. et lat. v. 39 προσκαλέσεται 109. v. 40 διεμαρτύρετο 109**, qui a prima manu διεμαρτύρατο, quod alii, habuisse videtur. παρεκάλει † αὐτοὺς 109 c. A Syr. al. cl. occ. v. 43 διὰ † τῶν χειρῶν τῶν 109 gr. et lat. cum Syr. al. ἐγένετο 109**, qui a prima manu cum 40 aliisque ἐγένετο exhibuisse videtur. Subjungit idem cum A 40 ἐν ἱερουσαλήμ. φόβος τε ἦν μέγας ἐπὶ πάντας, καί. v. 45 Post ἐπίπρασκον super linea δὲ habet 109, idem pro εἶχε legit ἔσχε. v. 47 ἐν ante τῇ ἐκκλησίᾳ addit 108 c. al., et 109 loco ἐν lacunam habet.

---

verba ἡ ψυχὴ αὐτῦ damnavit, quamlibet ea ab opposito ἡ σάρξ αὐτῦ desiderari videantur. Vereor ne quis doctor religiosus ea omittendo impedire voluerit, quo minus Christi anima patri tradita hic in orco fuisse perhiberetur. Quod autem iidem fere codices, qui antea ὅτι exhiberent, mox ὅδὲ æque in ὅτι mutarent, non mirandum quidem est; illud vero demiror, Griesb. iis favere.

36. Pronomen αὐτὸν cum ob proximum τῦτον τὸν Ἰησῦν censores antiquos male haberet, in D* excidit; unde evenit, ut in cl. occ. alieno loco ante καὶ Χριστόν collocaretur, quem ordinem vereor ut recte Griesb. susceperit.

37 et c. 4, 16. Placet lectio f. afr., quacum faciunt noster 109 et Bas. 1: τί ποιήσωμεν. Ita enim subjunctivus in re dubia poni solet Matth. 17, 4 et locis parallelis, Marc. 4, 30. 6, 37, ubi par studium indicativum introducendi in veteribus monumentis cernitur. Itidem Luc. Ev. 3, 10. 12. 14 plurimi cdd. utriusque cl. habent: τί ποιήσωμεν, quos equidem probo.

K. γ'.

v. 1. † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐπὶ τὸ αὐτὸ πέτρος 109 cum lectionariis. v. 3 λαβεῖν ab 109** abest, qui lacunam e rasura habet. v. 6 ἔγειρε 109 c. A al. v. 11 † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις κρατοῦντος δέ 109. Pro αὐτοῦ-τοῦ ἰαθέντος χωλοῦ e scholio 108. 109 c. cl. or. σολομῶντος 108. 109** c. plur. v. 19. † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις εἶπε Πέτρος πρὸς τὸν λαόν. μετανοήσατε 109. τοῦ ante κυρίου abest 108 c. al. v. 20 Χριστὸν Ἰησοῦν 108 109. v. 21 † πάντων τῶν 106. 108. 109 c. plur. προφητῶν αὐτοῦ 106. 108. v. 22 μὲν † γὰρ 106. 109. γάρ abest ab 108* et cl. occ. ὁ θεὸς ἡμῶν 108 c. al. ἐκ τῶν

C. III.

20. προκεχειρισμένον habent omnes, quod sciamus, libri scripti, cujus loco impressi vulgares προκεκηρυγμένον ex Vulgato, ut videtur, qui *prædicatum* exprimit, et ex Oecumenio, qui, si modo verum docet Whitbius, eandem scripturam agnoscere dicitur. Quæ si codicum auctoritate firmaretur, contextui sane congrueret, qui hoc modo se habet: pœnitemini, ut tempora refrigerii veniant, et dominus Jesum, qui interim in cœlo est, hinc mittat, scilicet in consummatione sæculi. Jam vero concinnum esset appositum προκεκηρυγμένον, ita ut prædicatio ejus reditum præcederet. Posset quoque causa idonea adulterandæ orationis ex mala ejus intelligentia reperiri, si antiqui interpretes æque, ac hodieque permulti, ὅπως ἄν pro ἐπειδάν *postquam*, et aoristos pro præteritis acceperint. Quo sensu sane ineptum foret προκεκηρυγμένον; (quod non prædicionem per prophetas significare potest, ut Schleusnerus in Lexico II. p. 714 opinatur; κηρύσσειν enim tantum de prædicatione ex ore facta usurpari solet.) Falluntur autem, qui ὅπως ἄν, cum conjunctivum regit, *postquam* interpretantur, confundentes ita cum

ἀδελφῶν ὑμῶν 109 in margine habet. v. 23 Pro ἂν ἐὰν 108. 109 cum A al. v. 24 προκατήγγειλαν 106 c. al., ceteri κατήγγειλ. v. 25 † οἱ υἱοὶ 109 cum A al., ceteri rectius omittunt οἱ cum plur. v. 26 αὐτοῦ † Ἰησοῦν 108. 109 cum plur. ἐπιστρέφειν 109.

---

simplice conjunctione ὅπως, quæ certe, cum indicativo nexa, apud Homerum, Herodotum et Sophoclem vim particulæ ἐπεί habet. Neminem vero grammaticum latet, ὅπως et ὅπως ἂν cum aoristo conjunctivi, tanquam tempore non definito, sensu etiam futuri, necti solere; v. g. Matth. 23, 35 Luc. 2, 35, ut taceamus profanos. Neque minus 2 Thess. 1, 10 ὅταν ἔλθῃ de reditu Christi futuro dicitur. Itaque si modo ista falsa interpretatio interpolationi occasionem dederit, præferendum esset προκεκηρυγμ. Quod vero cum incertum sit, lectio codicum retinenda, quæ habet, quo defendi possit, si Jesus Judæis inprimis destinatus perhibeatur eo sensu, quo c. 2, 39 promissionem ad eos præcipue pertinere ait Petrus, et quo e. g. Thessalonicenses II, 2, 13 ab initio ad salutem electi significantur.

21. πάντων ante τῶν ex v. 18 in plurimos libros irrepsisse puto, præsertim cum nostri 106. 108, pronomen αὐτοῦ nomini προφητῶν postponendo, versiculum 18 etiam magis exprimerent. Quare in duobus codd. utrumque, et πάντων quod super, et τῶν quod in linea scriptum erat, periit. Recte Gr. alterum sustulit. — Mox verba ἀπ᾽ αἰῶνος, quæ a duobus veteribus exemplaribus, ab Irenæo, Tertulliano et interprete Armeno absunt, et alibi varie transponuntur, e loco parallelo Luc. 1, 70 invecta esse censet Bengelius.

22. Griesbachius cum Μωϋσῆς scribere soleret, parum sibi constans hoc loco, Rom. 5, 14. 15, 21. 21, 21. 1 Cor. 9, 9 Hebr. 3, 2. 3. 5. 16 et alibi Μωσῆς reliquit. Variant nostri æque ac ceteri codices, e. g. hic 106. 109 exhibent Μωϋσῆς, 108* autem Μωσῆς.

23.

K. δ'.

v. 2. Pro τὴν ἐκ-τῶν 108. 109 c. plur. v. 3 ἔθεντο † αὐτοὺς 109 c. A 40 al. v. 5 δὲ τῇ ἐπαύριον 109. αὐτῶν abest ab 108* cum 3 alio. Pro εἰς-ἐν 106 cum cl. occ. v. 6 τὸν ante ἀρχιερέα abest 109. v. 7 τῷ ante μέσῳ abest 109 c. al. v. 8 τοῦ ante Ἰσραήλ abest 109. v. 12 οὐδέ pro οὔτε 106 c. A al. ὑπὸ τὸν οὐρανὸν abest 108* c. al. v. 13 θεωροῦντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι τὴν 109. v. 14 δὲ 109**, qui cum A 40 al. a prima manu τε habuisse videtur. Mox pro βλέποντες habet 109 θεωροῦντες cum 40 al. v. 15 αὐτοῖς 108. 109 v. 16 ποιήσωμεν 109 cum A

---

23. ἐάν post articulum postpositivum, ut lectionem doctiorem vulgata ἄν, ex nostris aliisque pluribus libris, præeuntibus aliis editoribus, recipe.

26. Ἰησοῦν post αὐτοῦ, quod ab antiquis monumentis abest, recte Griesb. delevit, cum ex v. 13 facillime irrepsisset.

C. IV.

3. Post ἔθεντο additur αὐτοὺς in cl. occ. cum 109, et in translationibus omnibus plurimisve. Habere quidem videtur, quo defendi possit. Etenim cum Lucas pronomina cumulare solet, a nonnullis librariis tanquam superflua omissa, e. g. v. 18. 7, 21. 11, 25. 12, 17. 15, 8. 20, 20; tum quidam codices, qui hic pronomen iterant, iidem v. 18 iterationem evitant, eoque hic minus suspecti sunt. Eadem consuetudo pronomina tollendi in epistolis quoque animadvertitur, e. g. 2 Thess. 2, 17. At si ab omni parte verum indagaveris, loco parallelo Act. 5, 18 ἔθεντο αὐτοὺς deprehendes, quo pravum consilium exæquandi utrumque locum manifestatur.

7. ἐν τῷ μέσῳ habent vulgares editiones, quemadmodum Matth. 14, 6. Sed sine articulo quoque absolute dicitur, e. g. Joh. 8, 3 ubi plures, et v. 9, ubi unus codicum ἐν τῷ μέσῳ correxit. Cum ἐν μέσῳ genitivum regit, articulo carere solet.

al. v. 18 μὴ διδάσκειν 106. 108. v. 21 κολάσονται 108. 109 e. al. v. 23 Ἀπολυθέντες δὲ † οἱ ἀπόστολοι 109 ἀπήγγειλαν 106. Eadem discrepantia Marc. 5, 14. v. 24 κύριε ὁ θεὸς loco σὺ ὁ θεὸς 109 cum 40. Latine convertit 109: *domine deus tu.* v. 25 τοῦ ante παιδός recte omittit 109 c. A 40 al. v. 27 γὰρ super linea exstat in 109. ἐν τῇ πόλει ταύτῃ absunt ab 108. 109 al. v. 32 ἡ posterius abest 109. Pro ἴδιόν εἶ-ναι 109**. αὐτῶν 109 c. 40 al. v. 33 οἱ ἀπόστολοι τὸ μαρτύριον 108 c. al. v. 36 Ἰωσῆς 109 gr. et latine: *Josis*, quamvis

---

15. Attende ad scripturam in nostris solis obviam αὐτοῖς. Etiam Matth. 15, 35 κελεύειν cum dativo et verbo neutro conjungitur: ἐκέλευσε τοῖς ὄχλοις ἀναπεσεῖν, ubi aliquot libri τοὺς ὄχλους interpolarunt. Si ἀπαχθῆναι, quod interpretamentum loco ἀπελθεῖν substituit cod. D, germana esset scriptura, accusativum apponi necesse esset.

17. ἀπειλησόμεθα codex Basileensis 1, in Actis et Epistolis cl. or. addictus, in Evangel. mixti generis, quem de Wettio s. V. benignissime intercedente mecum communicatum post Wetstenium inspexi, præterea D pluresque alii recte legunt. In simili causa c. 6, 3 complures libri scripti (in iisque cd. 1) καταστήσωμεν et v. 4 προσκαρτερήσωμεν habent, ubi non minus indicativus præferendus est.

21. μὴ εὑρίσκοντες paucorum codicum, Vulgati et Luciferi calaritani plausibilis lectio est pro μηδὲν εὑρίσκοντες. Adstipulantur præterea membrana Cantabrigiensis D et translationes Peschito et Arabica (e tribus editionibus), in quibus tamen post μὴ εὑρ. interpretamentum αἰτίαν additur. Qua interpretatione correctores adducti esse videntur, ut respicientes Luc. 23, 14. 22 μηδὲν exararent, quasi synedrium causam idoneam vindictæ frustra quæsivisset. At causas non multum curaverat, sed modum (τὸ πῶς) seu copiam alias Vulgatus *Joseph* habeat.

Βαρνάβας 109**, qui a prima manu cum 40 *Βαρσαββᾶς* habuisse videtur. Pro *ὑπὸ-ἀπὸ* 106. 108 c. al. *μεθερμηνευόμενος* 106. 108 c. al.

K. ε'.

v. 1 *Σαπφεῖρα* 106 c. al. v. 3 *νοσφίσασθαί* † *σε* 108 109 c. al. v. 4 *θεῷ* absque articulo 108. v. 5 † *ὁ Ἀνανίας* 108. 109 c. plur. recte. Mox *ἀκούοντας* † *ταῦτα* 108. 109 c. plur. v. 8 Pro *αὐτῇ-πρὸς αὐτὴν* 109 c. A 40 al. v. 12 † *Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις διὰ δὲ* 109. *ἐγίνετο* 108 c. al. *ἐγένετο* 109 c. al. *πολλὰ ἐν τῷ λαῷ* 109 gr. et lat. *σολομῶντος* 108 c. al. *σολομῶνος* 109 rectius

---

puniendi metu populi non invenerat. Igitur *τὸ πᾶς κ. τ. λ.*, neque vero *μηδέν*, est accusativus ab *εὑρίσκοντες* rectus. Simili sensu Matth. 26, 60 *οὐχ εὗρον* dicit.

32. *αὐτῷ* pro vulgato *αὐτῷ* scribendum. *αὐτῶν* e cdd. 1. 109 aliisque quispiam forte scribendum censebit, cum quod *τὰ ὑπάρχοντα* ut substantivum sine lectionis varietate genitivum regere soleant: Matth. 19, 21. 24, 47 Luc. 11, 21. 12, 33. 44. 14, 33. 16, 1. 19, 8. 1 Cor. 13, 3 Hebr. 10, 34; tum quod alibi in hac formula genitivus in dativum corruptus sit: Matth. 25, 14 Luc. 12, 15. Neque vero dativus inauditus est: v. Luc. 8, 3 *τ. ὑπαρχόντων αὐταῖς*. Nec obscura est causa collocati dativi, quia videlicet ibi *ὑπαρχόντων αὐτῶν* ambiguum foret. Sed ob eandem causam nostro loco *αὐτῶν* repudiandum: cum maxime genitivus ponendus esset, ad vitandam ambiguitatem *αὐτοῦ* scribi oportuit, ut habet D. Verum recte se habet dativus.

C. V.

5. *ταῦτα* post *ἀκούοντας* auctoritate documentorum quorundam cl. occ. probante Gr. tolle, quod ex v. 11 perperam introductum in classem orientalem videtur.

12. *ἐγίνετο* ex cod. B Marc. 109 aliisque, non refragante Gr., recipio, quod vereor ne vulgare

c. al. v. 13 ἐμεγάλυνεν αὐτοὺς 109**. v. 15 Pro κατὰ-καὶ εἰς 109 c. A 40 al. κλινῶν 109**, qui a prima manu cum A 40 κλιναρίων habuisse videtur. Mox κραββάτων 109. † τοῦ πέτρου 106. v. 19 ἀνοίξας 109 cum A 40 al. v. 21 † Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἀκούσαντες δὲ 109. v. 22 παραγενόμενοι ὑπηρέται 109. v. 23 ἔξω abest 108 109 c. plur. Pro πρὸ-ἐπὶ 109, qui item latine *ad* vertit. v. 24 ὅτε στρατηγὸς καὶ ὁ ἱερεὺς τοῦ ἱεροῦ 109, sed verba στρατ. κ. ὁ ἱερ. in rasura posita. v. 25 λέγων post αὐτοῖς abest ab 109 c. plur. recte. v. 26 ἐπελθὸν 109. ἵνα abest 109 c. 40 al. v. 28 ταῖς διδαχαῖς 109**. v. 29 ὁ ante Πέτρος abest 108. 109 c. plur. v. 32 αὐτοῦ ante

---

ἐγένετο loco parallelo c. 2, 43 originem debeat; velut vicissim hinc illuc aliquot libri τῶν χειρῶν transtulerunt.

24. Verba ἱερεὺς καὶ ὁ auctoritate complurium monumentorum cl. occ. (in quorum numero ABD) expungenda censeo. Schleusnerus quidem in Lexico I. p. 1097 hujus unius loci gratia ἱερεύς significatione ἀρχιερεύς accepit. Fac, hoc recte se habere, sed quid sibi volunt pontifex iterumque pontifices? Debebat certe scribere: καὶ οἱ ἄλλοι ἀρχιερεῖς. Deinde cur ὁ ἱερεὺς καὶ οἱ ἀρχιερεῖς insolenter sejungantur, non video. Tum membrana E aliæque pro ὅ, τε ἱερεὺς καὶ exhibentes οἱ ἱερεῖς καὶ, et codex 25 post ἱεροῦ addens καὶ οἱ Σαδδουκαῖοι, commonstrant, cum οἱ ἱερεῖς καὶ et inde ὅ, τε ἱερεὺς καί, tum οἱ Σαδδουκαῖοι e scholio ex c. 4, 1 margini adscripto in codd. cl. or. fluxisse. Quamobrem in Marc. 109 scholion καὶ ὁ ἱερεύς sedem variat, quo suspectius reddatur. Quod ad rem attinet, noli mirari, pontificibus præponi templi magistratum, quippe ad quem procuratio carceris potissimum pertineret.

26. Vulgare ἵνα ante μή ab BDE 40 et nostro 109 abest, quos ego probo, quod post verbum φοβεῖσθαι non solet ἵνα poni, sed simpliciter μή c. 27, 17, vel μήπως c. 27, 29. 2 Cor. 11, 3. 12, 20. Gal. 4, 11.

μάρτυρες addunt 108. 109 c. cl. or. v. 33 ἀκούοντες 109 c. 40 et al. † τοῦ ἀνελεῖν 109. v. 34 τι abest ab 109 c. A 40 et al. v. 35 προσέχετε αὐτοῖς 109. v. 36 προσεκλήθη 106. 108. 1 c. plur. προσεκολλήθη 109 c. al. ἀνδρῶν ἀριθμὸς 109 c. cl. occ. Pro ὡσεὶ — ὡς 109 c. cl. occ. v. 37 ἱκανὸν λαὸν 109 c. 40 et alio. πάντες abest 108* c. D. v. 38 αὐτη abest ab 108 c. cl. or. v. 39 δυνήσεσθε

---

29. Articulum ante Πέτρος cum nostris permultisque codicibus et Chrysostomo, præeunte Bengelio, omitto. Vulgares editiones unâ cum Griesbachiana ex Erasmi ed. assumtum habent.

32. αὐτοῦ ante μάρτυρες ex auctoritate cl. occ. codicum et interpretum, probantibus Bengelio et Griesb., tolle, quod ex loco parallelo c. 13, 31 irrepsisse videtur. Revera unus e libris scriptis exhibet nostro æque ac illo loco μάρτυρες αὐτοῦ, ceteri transponunt αὐτοῦ μάρτ., atque translatio philoxeniana post ῥημάτων collocat αὐτοῦ. Pariter c. 10, 39 cod. D μάρτυρες αὐτοῦ interpolavit pro μάρτ. πάντων.

33. Scriptura ἀκούοντες ex c. 7, 54 orta est, unde quidam codd. ταῦτα adjiciunt.

36. προσεκλίθη ex AB, septem aliis codd. et Cyrillo alex., probante Griesb., recipiendum, quod hinc origo diversitatis legendi explicatur. In plurimis enim libris exstat προσεκλήθη, frequenti permutatione (sic 1 Tim. 5, 21 multi πρόσκλησιν loco πρόσκλισιν habent), unde pauciores cum Chrysostomo προσεκολλήθη (quod in vulgaribus libris impressis reperitur), nonnulli προσετέθη correxerunt. — Mox inversio ἀνδρῶν ἀριθμός, quam etiam Cyrillus alex. agnoscit, non displicet, cum Lucas alibi, quæ constructione junguntur, sede separare soleat, e. g. v. 31. 41 (ubi noster codex ordine verborum mutato explanationem tentavit) c. 7, 11. 13, 1 Ev. 1, 10 (ubi vulgares libri impressi male transponunt) 2, 25 et alia. Mox ὡς non plane contemnendum, cum et

106 c. cl. occ. δύναμις 109**. αὐτὸ 109**, qui a pr. manu cum A 40 et al. αὐτῆς habuisse videtur. v. 41 ὅτι κατηξιώθ. ὑπὲρ τῦ ὀνόματος † αὐτῦ 109 ὀνόματος † Ἰησῦ Χριςῦ 108 c. alio. v. 42 καὶ ante εὐαγγελιζόμ. abest ab 108*. *Jesum Christum* habet sine inversione Vulgatus in 109.

Κ. ς'.

v. 3 καταςήσομεν 109 c. cl. occ. recte: καταςήσωμεν 108 c. cl. or. v. 4 προσκαρτερήσωμεν 109 c. 40 et al. v. 5 πλήρης 109 c. A et al. v. 8 Pro χάριτος-πίςεως 108 c. cl. or.; rectius χάριτος 109, idem σημεῖα καὶ

---

c. 1, 15 ὡς significans *circiter* et Joh. 1, 39 ὡς denotans *tanquam* a nonnullis libris in ὡσεί mutatum reperiatur.

37. πάντες, quod a nostro et græcolatino D abest, suspicione non vacat, quia ex v. 36 facile invehi potuit.

41. αὐτῦ post ὀνόματος, quod cum Origene et Basilio tuentur cl. or. et noster 109, Griesb. cl. occ. secutus recte expunxit. Est enim hebraismus, secundum quem שֵׁם absolute pro nomine Dei usurpatur, Levit. 24, 11. 16. Sic etiam 3 Joh. 7 pauciores libri post ὀνόματος addiderunt αὐτῦ, Hieronymus autem *domini*. Neque nostro loco defuerunt, qui interpretationem adjecerint, quum alii cum Theodoreto et Vulgato Ἰησῦ, alii cum Basilio τῦ κυρίυ, alii cum Chrysostomo τῦ Χριςῦ, alii cum Theophylacto τῦ κυρίυ Ἰησῦ, alii Ἰησῦ Χριςῦ, alius denique τῦ Θεῦ assuerent.

C. VI.

8. Varias lectiones e locis parallelis petiverunt librarii: ex v. 5 illatum est πίςεως loco χάριτος, unde membrana E jungit: χάριτος καὶ πίςεως καὶ δυνάμεως. Augustinus etiam plenius versiculum 5 transfert: πίςεως καὶ πνεύματος ἁγίυ loco χάριτος καὶ δυνάμεως substituens. Codex 26 cum hac lectione miscet nativam nostri loci ita: πίςεως καὶ δυνάμεως καὶ πνεύ-

τέρατα, mox pro μεγάλα-πολλά 109 gr. et lat. c. 40. ἐν τῷ λαῷ μεγάλα 108. v. 9 τῆς λεγομένης 109**, qui a prima manu cum A 40 et al. τῶν λεγομένων habuisse videtur. v. 13 Pro τε-δὲ 109 ῥήματα † βλάσφημα 108. 109 c. cl. or. λαλῶν ῥήματα 109 c. 40 et alio: ἁγίυ † τύτυ 109 c. al. abest τύτυ ab 108 c. cl. occ. v. 14 ἅπερ ἔδωκεν 108 c. al.

K. ζ'.

v. 1 ἄρα 109. v. 3 τὴν abest 108. 109 recte cum cl. or. v. 4 εἰς Χαῤῥὰν 108* c. al. μετῴκησεν αὐτὸν 109 c. al. v. 6 † αὐτῷ ὕτως 109 c. 40. v. 7 δυλεύσυσι 109 c. A et al. v. 8 ὁ abest ab 109 bis. v. 10 ἐξείλατο 108 109 c. cl. occ. ἐναντι 109. † ἐφ' ὅλον 109 c. A 40 et al. v. 14 Ἰακὼβ τὸν πατέρα αὐτῦ 109 c. cl. occ. συγγένειαν † αὐτῦ 106 c. al., quod ab 108*. 109 rectius abest. Mox ἐν ἑβδομήκοντα πέντε ψυχαῖς 109. v. 15 κατέβη absque ulla conjunctione 109 c. 40 et al. κατέβη δὲ

ματος ἁγίυ. Tum ex c. 5, 12 transpositiones in nostris codicibus obviæ et lectio πολλά traductæ sunt.

13. βλάσφημα post ῥήματα ob similem locutionem v. 11 suspectum cum cl. occ. præeunte Griesb. tolle. Absolute sic ῥήματα c. 10, 22 ponuntur: cf. not. ad c. 13, 42. Mox τύτυ post ἁγίυ, quod a codd. utriusque classis abest, sed agnoscitur a Peschito et membrana B, ut videtur, ex v. seq., judicibus Bengelio et Griesb., inseri potuit; quanquam non omnino spernendum sit, cum demonstrativum nos admoneat, synedrium in conclavi intra atrium templi habitum esse.

14. Post Ναζωραῖος cum nostro 108 distingue: cf. Rom. 7, 10.

C. VII.

10. αὐτῦ post οἶκον pro vulgari αὐτῦ cum Bengelio excudendum, ita ut Deus, non Pharao subjectum sit verbi κατέστησεν; sin secus, Lucas potius dixisset: ὃς κατέστησεν.

108 c. cl. or. Mox Ἰακὼβ abest 108*. v. 16 ὃ ὠνήσατο 108 c. cl. or., melius 109 ᾧ ὠν. c. cl. occ. ἐμμὼρ 109 c. A 40 et al. ἐν συχὲμ 109 c. al. v. 18 ἕτερος † ἐπ' αἴγυπτον 109 c. fam. afr. v. 20 πατρὸς † αὐτοῦ 109 c. fam. lat., abest ab 108 c. fam. afr. v. 21 Ἐκτεθέντος δὲ αὐτοῦ, ἀνείλατο 109 c. cl. occ. ἐκτεθέντα δὲ αὐτὸν 108 c. cl. or. ἀνέθρεψεν 109. v. 22 αὐτοῦ abest ab 108 inest in 109 c. cl. occ. v. 25 σωτηρίαν αὐτοῖς 109. v. 26 Pro δὲ-τε 108. 109 c. plur. v. 27 ἐφ' ἡμᾶς 106. 109 ἐφ' ἡμῶν 108* c. fam. afr. v. 28 σύ abest 109. v. 31 κυρίου abest 108* c. 3. v. 32 καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ absque ὁ θεὸς 109 c. A 40 et al. v. 33 Pro κύριος-θεὸς 109 c. E. v. 34 ἀκήκοα 109. † τοῦ ἐξελέσθαι 108. v. 35

---

15. Conjunctionem ineunte hoc commate olim excidisse, Marc. 109 cum tribus aliis (40. 73 D) et duobus interpretibus indicat. Cum vero cl. occ. καί, cl. or. δέ suppleat, illud ob consonum principium verbi κατέβη facilius prætermissum et sensui convenientius restituendum, annuente Griesb. Cf. ad c. 2, 30.

22. ἐν ante ἔργοις cum nostris et plurimis libris scriptis utriusque classis ac Justino, probante Griesb., ejice.

26. τῇ τε loco τῇ δέ ex nostris et pluribus codicibus præeunte Bengelio rescribe. Ita enim in continua rerum gestarum enarratione commata Lucas copulare solet: cf. c. 6, 12 sq. Continuat vero v. 26, quæ v. 24 exponere orsus est: vide consimilem locum c. 21, 30. Etiam c. 8, 1. 6 τε in pluribus codd. in δέ mutatum est.

27. ἐφ' ἡμῶν Marc. 108 aliique testes familiæ præcipue africanæ habent, non refragante Griesb. Sed secundum intt. LXX. 2 Mos. 2, 14 mutatio facta. Idem Lucas Ev. 19, 14. 27 βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς dicit. Ubi vero ἐπί potestatem rei seu terræ exprimit, genitivum amat, e. g. c. 8, 27. 12, 20 Matth. 2, 22. V. Vigerum de idiotismis ling. gr. p. 593 sq.

35.

† καὶ ἄρχοντα καὶ λύτρ. 109 cum 40 et Itala: ἀπέσταλκεν 109 c. A 40 et al. σὺν χειρὶ 109 c. cl. occ., Vulg. in 109 vertit *per manum*. v. 36 γῇ abest 109 c. 40 et alio: αἰγύπτῳ 108. 109 c. plur. v. 37 ὁ ante Μωϋσῆς abest 108 c. al. Post Θεὸς abest ὑμῶν 108 c. cl. occ., ὑμῶν est in cd. 1, ἡμῶν habet 109 c. 40 et al. v. 38 λόγον ζῶντα 109** c. al. v. 39 ἀλλὰ 109; post ἐστράφησαν erasit idem ἐν, quod exstat in A 40. v. 40 Pro γῆς-τῆς 108. v. 43 Pro ὑμῶν-ἡμῶν 108. ῥεφὰν 109* c. al. v. 44 ἐν abest ab 108 ante τοῖς πατράσιν c. cl. occ., habet 109 c. al: πατράσιν ὑμῶν 108. ἑώρακεν 108. v. 45 ἐξῶσεν 108. v. 47 αὐτῷ abest 109 ἑαυτῷ 106 c. al. v. 48 χειροποιήτοις † ναοῖς 109 et 1. κατοικεῖ † ναοῖς 108. v. 49

---

35. ὁ Θ. καὶ ἄρχοντα lectio est non contemnenda; adi similem locum c. 2, 36, ubi item in nonnullis cl. or. libris καί omittitur. Cd. 1 caret καί c. 7, 35.

39. τῇ καρδίᾳ in cl. or. (et cd. 1) et Irenæo obvium quam ταῖς καρδίαις verius æstimo. Illud enim facilius quam hoc immutabatur, cum quia subjectum πατέρες in plurali positum, tum quia ad ΚΑΡΔΙΑΙ a properante librario Σ adjectum esse verisimile est. Cf. v. 51 Eph. 5, 19 Jac. 3, 14 Luc. Ev. 1, 66, in quibus locis item pleraque cl. occ. documenta pro τῇ καρδίᾳ pluralem numerum exhibent. Sine ulla varietate 2 Cor. 3, 15. 4, 15 et alibi singularis servatus est. Semel Hebr. 8, 10 duo codices pro καρδίας falso habent singularem καρδίαν, idque ob alliterationem ad antecedens διάνοιαν. Itidem Luc. 24, 5 cl. occ. in plurali subjecti τὸ πρόσωπον in τὰ πρόσωπα mutavit.

44. Præpositionem ἐν ante τοῖς πατράσιν ex antecedente verbo consono natam noster 108, Vulgatus in 109 multaque utriusque classis documenta (etiam cd. 1), quæ Bengelius secutus est, recte omittunt. Similis vocula ex syllaba præcedente orta c. 10, 25, ubi videas velim notam.

κατάπαυσιν. μου † ἐστὶν 109 gr. et lat. v. 51 ταῖς καρδίαις 109 c. cl. occ. πατέρες ἡμῶν 109. v. 54 ὀδόντας † αὐτῶν 108 c. al. v. 56 ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν 109 c. A 40 et al. v. 57 κράζοντες 109. v. 58 ἐκβάλλοντες 109. αὐτῶν abest ab 108 c. cl. or. v. 60 ἐκοιμήθη † ἐν εἰρήνῃ 109, ubi Vulg. *in pace*, cum cod. 40.

K. η'.

v. 1 Pro τε-δὲ 108. 109, ibi tamen Vulg. *et omnes*. v. 2 ἐποίησαν 108. 109 c. A 40 et al. v. 3 πορευόμενος 108*. v. 6 Pro τε-δὲ 106. 109 c. cl. occ. τοῦ ante φιλίππου abest 109. v. 7 φωνῇ μεγάλῃ 108. 109 c. plur. recte. ἐξήρχοντο 109 c. cl. occ. v. 8 Ἐγένετο δὲ 109 c. fam. afr. v. 9 ἐξιστάνων 109* ut videtur, cum A 40. v. 10 πάντες abest 108 c. cl. or. καλουμένη

---

48. ναοῖς post χειροποιήτοις glossema ex c. 17, 24 illatum videtur, abest a documentis cl. occ. et ab ed. Griesb., transponitur a Marc. 108.

C. VIII.

13. Iidem fere codices cl. or., qui hunc ordinem: δυνάμεις καὶ σημεῖα habent, post σημεῖα vocabulum μεγάλα abjiciunt, quod a Griesb. male retentum, ex c. 6, 8 irrepere potuit.

16. οὐδέπω ex cl. occ. probante Griesb. recipiendum duco, cum quia hoc adverbio Lucas Ev. 23, 53 et Paulus 1 Cor. 8, 2 utuntur, quando cum pronomine οὐδεὶς nectitur, tum quia οὔπω ex loco parallelo Joh. 7, 39 facile originem traxit. Inter οὔπω et οὐδέπω idem interest, atque inter οὐ et οὐδέ. Sed etiam ab hac parte οὐδέπω magis commendatur.

21. ἐναντίον auctoritate cl. occ. rescribendum, quo adverbio minus usitato Lucas Ev. 1, 8 (ubi Cyprius ἐνώπιον habet) 20, 26. 24, 19 (ubi codex D similiter glossam ἐνώπιον substituit) Act. 7, 10 pro tritissimo ἐνώπιον utitur. Pariter Marc. 2, 12 ἐναντίον modo in ἔμπροσθεν modo in ἐνώπιον mutatum est.

abest ab 108 c. cl. or., inest in 109. v. 12 τῦ ante Ἰησῦ abest ab utroque c. plur. recte. v. 13 σημεῖα καὶ δυνάμεις μεγάλας γινομένας 109 c. cl. occ. δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα 108. 1 c. cl. or. v. 14 ἡ ante Σαμάρεια abest 108*. τὸν ante Πέτρον abest 109 c. cl. occ. v. 16 ὐδέπω 109 c. cl. occ. ὔπω 108. 1 c. cl. or. pro κυρίυ-Χρις͂ῦ 108 c. cl. or. v. 17 ἐπετίθεσαν 109 c. cl. occ. v. 18 θεασάμενος 108 c. cl. or. ἰδὼν 109 c. cl. occ. v. 19 ᾧ ἂν 108 c. al. v. 21 ἐναντίον 109 c. cl. occ. ἐνώπιον 108. 1 c. cl. or. v. 22 Pro θεῦ-κυρίυ 109 c. cl. occ. v. 24 ὁ abest 108*. 109. περὶ ἐμῦ 109. v. 25 ἱεροσόλυμα 109 c. cl. occ. v. 26 πορεύθητι 109. pro καταβαίνυσαν-φέρυσαν 108 c. 3.

Quod in nonnullis libris Luc. 1, 6. ἐναντίον pro ἐνώπιον est, causa in proxima repetitione τῦ ἐναντίον v. 8 patet. Sed cum ἐνώπιον exadversum significat, tum c. 10, 30 lectio varians ἐναντίον occurrit. Eadem est ratio præpositionis κατέναντι, quam ex cl. occ., non reprobante Griesb., loco vulgaris κατενώπιον 2 Cor. 2, 17. 12, 19 restituendam censeo. Ubi κατενώπιον vera est lectio, sine ulla varietate ea exhibetur, v. Eph. 1, 4 Col. 1, 22 Jud. 24.

28. καί ante ἀνεγίνωσκε auctoritate complurium veterum librorum utriusque classis tolle, quod ante καθήμενος ob consonum verbi principium in nonnullis omissum, post alieno loco intrudebatur. Namque nimis illud dictum friget: eunuchum sedisse; quæ res obiter notata non a verbo ἦν pendere potest, sed tantum appositi instar adumbratur, eum sedentem legisse.

37. Dubitari potest, utrum hic versiculus tanquam amplificatio paraphrastica a patribus latinis illatus, an a græcis sublatus sit. Vetus enim fuit contentio de baptismo parvulorum, quem Cyprianus, Origenes, Augustinus et synodus Carthaginiensis anno 418 habita postularunt. Contra Gnostici

v. 27 τῆς antè βασιλίσσης in 109 super linea positum, abest a ch occ. v. 28 καὶ ante ἀνεγίνωσκε abest 108 109 c. A 40 et al. inest in 1. v. 30 προςελθὼν 109 c. 40. v. 32 κείραντος 109 c. A 40 et al. v. 37 abest ab 108. 109. 1 c. plur. Vulg. in 109 hunc versiculum infra paginam habet, sed cum varietate: ἀποκριθεὶς] *et respondens eunuchus ait credo dei filium* nosti cetera. v. 39 Pro γάρ-δὲ 109 gr.

K. Θ'.

v. 7 μηδένα θεωροῦντες 109. v. 8 Pro δὲ ante τῶν-τε 108. 1 c. plur. recte, 109 habet cum vulgar. edd. δὲ ex proximo ἠγέρθη δέ. v. 9 καὶ οὐκ-ἔπιεν abest 109,

---

et Novatiani rejicientes eum, hoc versiculo placitum firmare potuerunt, professionem fidei baptismo anteire oportere. Quare orthodoxi in dogmatis gratiam expunxisse videri possunt. Habent vero antiquiores patres de gnosticismo nequaquam suspecti, in quibus Irenæus. Quæ cum incerta sint, quoniam et alibi plura spuria Actis adjecta sunt potissimum in familia latina, atque iidem fere testes mox v. 39 in aliud additamentum conspirant, verba: πνεῦμα ἅγιον ἐπέπεσεν ἐπὶ τὸν εὐνοῦχον· ἄγγελος δὲ κυρίου, injicientes, ii neque v. 37 audiendi sunt.

C. IX.

6. Quod nonnulli interpretes post διώκεις addunt: σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν. Τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε· κύριε τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν· ex locis parallelis c. 22, 10. 26, 14 tanquam scholion irrepsit, quod ex cetera quoque varietate illinc orta apparet: v. 3 plures cl. occ. habent ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ex c. 22, 6; alii verba σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν jam post v. 4 exhibent, quemadmodum c. 26, 14; v. 5 addunt post Ἰησοῦς nonnulli ὁ Ναζωραῖος ex c. 22, 8. Vice versa c. 26, 15 classis occidentalis ex nostro loco (v. 5) addit κύριος.

ubi Vulg. in margine habet. v. 10 ὁράματι· Ἀνάνια 109. v. 13 ἀποκριθεὶς δὲ Ἀνανίας εἶπε 109, articulus ante Ἀναν. abest etiam ab 108 c. plur. τοῖς ἁγίοις 108*. v. 16 αὐτὸν, ὅσα δεῖ αὐτὸν 109. v. 17 Ἰησοῦς abest ab 108. 109 gr. et lat. 1 c. cl. or. recte. v. 18. παραχρῆμα abest ab 108*. 109. 1 c. plur. v. 19 δὲ † ὁ Σαῦλος 108. 109 c. cl. or. ex lectionariis. Mox τῶν † ὄντων 108 c. al. v. 20 τὸν Ἰησοῦν Χριστὸν 106. τὸν Χριστὸν 108*. 109 c. cl. or. v. 21 τοὺς ἐπικαλουμένους abest 108*. 109. ἐλήλυθεν 108. 109. 1 c. cl. or. v. 25 αὐτὸν abest 108*. v. 26 δὲ † ὁ Σαῦλος 108. 109 gr. et lat. c. cl. or. v. 27. τοῦ ante Ἰησοῦ abest 108* c. al. κυρίου

---

16. Non possum non suadere, ut egregia scriptura nostri 109 ὑποδείξω αὐτόν textus ornetur, atque auctoritate trium codicum et Theophylacti a Sifanio editi pronomen αὐτόν post δεῖ omittatur. Languet enim vulgaris oratio: *ostendam ei, quanta oporteat eum pro nomine meo pati.* Quanto melius procedit ita: *exemplum proponam eum, quanta æquum sit pro nomine meo pati!* Hoc enim sensu verbum ὑποδεικνύναι et c. 20, 35 et Ev. Luc. 6, 47 usurpatur, quo fere Jesus Joh. 13, 15 ait: ὑπόδειγμα ἔδωκα, et Paulus 2 Thess. 3, 9 τύπον διδόναι, seu 1 Tim. 1, 16 ἐνδείκνυσθαι ἔν τινί τι πρὸς ὑποτύπωσιν. Cæterum δεῖ etiam alibi absolute ponitur sequente infinitivo, v. Luc. 13, 14 Matth. 23, 23. Quam vero facile fieri potuerit, ut lectio exquisitior αὐτόν in αὐτῷ immutaretur, et postea illa alieno loco intruderetur, quilibet fatebitur. Neque a Marciano dissentit Irenæus, qui utrumque conjuncte αὐτῷ αὐτόν legisse videtur, cum ejus interpres exhibeat: *ei ex ipso.*

18. παραχρῆμα post τε, prævio εὐθέως superfluum, a quibusdam interpretibus transpositum, suadentibus utriusque classis documentis, omitte, præeuntibus Erasmo et Bengelio.

αὐτὸν † ἐγένετο 109. v. 16 † πάλιν ἀνελήφθη 108. 109 c. cl. or. v. 17 Pro ἀπὸ-ὑπὸ 108. v. 19 διενθυμουμένου 108. 109 c. plur. τρεῖς abest 108. 109 cum D 1 et plur. v. 21 τοὺς ἄνδρας † τοὺς ἀπεσταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτὸν 108* c. al. abest ab 106. 109 c. plur. recte. v. 23 ἐπαύριον ὁ Πέτρος ἐξῆλθε 108. 109 c. al. τῆς ante Ἰόππης abest ab 108. 109 c. plur. recte. v. 25 † τοῦ εἰσελθεῖν 108. 109. 1 c. plur. v. 26 ἤγειρεν αὐτὸν 106 c. cl. occ. v. 30 Pro ἡμῶν-ἡμῖν 109. v. 31 ἡ προσευχή σου 109. v. 32 ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι abest ab 108* c. 3 et al. v. 33 πάντα abest 109. v. 37 οἴδατε. ὅτι τὸ γενόμενον 109. v. 39 ἡμεῖς † ἐσμεν 108

---

11. Scripti libri et interpretes cl. occ. hunc versiculum ex loco parallelo c. 11, 5 correxerunt, ἐπ' αὐτόν et mox δεδεμένον καί omittendo, alii δεδεμένην καὶ καθιεμένην legentes, alii ἐξ οὐρανοῦ addentes. Quocirca a Griesb. ἐπ' αὐτόν delente dissentio. Vulgatus in 109 vertit: *super illum.*

16. πάλιν ante ἀνελήφθη, quod codd. cl. occ. partim cum adverbio εὐθύς permutant, probante Griesb. delendum, quod ex c. 11, 10 irrepsisse videtur.

19. τρεῖς post ἄνδρες, quod nonnulli ex c. 11, 11 introduxerunt, proscribatur.

25. τοῦ ante εἰσελθεῖν a Griesb. receptum, ex ultima syllaba verbi antecedentis ἐγένετο natum videtur, quemadmodum c. 5, 33 codex 109 inter ἐβουλεύοντο ἀνελεῖν male τοῦ eandem ob causam interposuit, in Lucæ Ev. 15, 14 inter ἤρξατο ὑστερεῖσθαι plures τοῦ interseruerunt, et simili ratione Act. 11, 20 cl. or. verba οἵτινες ἐλθόντες in οἵτ. εἰσελθόντες depravavit. Sane ex lege grammaticæ locutio ἐγένετο nectitur aut cum tempore finito seu addita seu demta conjunctione καί, aut cum accusativo cum infinitivo, quem vero nunquam articulus τοῦ præcedit.

37. Cl. occ. documenta ἀρξάμενος γάρ correxerunt. Sed illud proprium Græcis loquendi est genus,

quod

109 c. cl. or. ἐν † καὶ 108. 109 c. plur. recte. v. 46 καὶ ἐμεγάλυνον 109. v. 47 δύναταί τις κωλύσαι 108. v. 48 τοῦ κυρίου † Ἰησοῦ 106 c. al. ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ Vulg. in 109.

K. ια΄.

v. 2 καὶ ὅτι 106. v. 3 ὅτι εἰσῆλθες καὶ συνέφαγες αὐτοῖς πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας 106. v. 5 ἐν ante ἐκστάσει abest 109. v. 6 τῆς γῆς abest 108. v. 8 † πᾶν κοινὸν 108. 109 c. cl. or. v. 9 ἐκάθερε 109. i. e. ἐκάθηρε, quod alii habent. v. 10 ἀνεσπάσθησαν 109. v. 11 ἐν abest ab 108*. pro ἤμην-ἦμεν 109. v. 12 ἀδελφοί † μου

---

quod *inde a* significat, cum Lucæ (c. 1, 22), tum Platoni (Gorg. p. 471 c ib. Heindorf. p. 83) aliisque familiare.

39. ἐσμέν post ἡμεῖς ex c. 5, 32 invectum, auctoritate cl. occ. Griesb. recte ejecit. Cf. not. ad Luc. Ev. 24, 48.

47 et c. 11, 17 κωλύσαι pro κωλῦσαι ex Marcc. et cd. Bas. 1 rescribe. Namque in senario comico, qui ad vulgarem pronunciationem proxime accedit, brevem habet κωλύω penultimam: v. Buttmanni Gramm. gr. p. 434. Et nihil obstat, quod e. g. in Sophocl. Oed. Col. 1771 υ in κωλύειν prolungatur. Contra v. 42 κηρῦξαι pro vulgari κηρύξαι scribendum (item Luc. Ev. 4, 19): c. 12, 14 ἱστάναι loco ἱστᾶναι, quod Vaterus quoque male imitatus est. Rectius alibi ἱστάναι exstat.

C. XI.

8. πᾶν ante κοινόν ex c. 10, 14 desumtum cum cl. occ., præeunte Griesb., tolle. Explendi causa aliquot codices τι post κοινόν inserunt.

16. ὅτι post ἔλεγεν in nonnullos veteres libros fluxit ex loco parallelo c. 1, 5.

20. Scripturæ Ἕλληνας a Griesb. receptæ duo tantum codices A D*, plures interpretes et patres suffragantur. Ἑλληνιστάς esse Judæos genere græce

109. v. 13 Pro τι-δὲ 106. 109 c. cl. occ. Ἰόππην † ἄνδρας 108*. 109 c. cl. or. v. 16 † τῦ κυρίυ 106 c. cl. occ., rectius abest articulus ab 108*. 109 c. plur. † ὅτι Ἰωάννης 106 c. al. ἐβάπτισε μὲν 108*: v. 17 Χριστὸν abest 109 c. al. v. 20 εἰσελθόντες 108. 109 c. cl. or. ἑλληνιστὰς 108. 109 c. plur. τὸν κύρ. Ἰησῦν † Χριστὸν 109. v. 22 ἐξαπέστειλε 109. v. 25 αὐτὸν bis abest ab 106 c. cl. occ. v. 26 ἐν ante τῇ abest 108. 109 c. cl. or. v. 29 ὥρισαν 108* τῇ abest 109.

---

loquentes, docent etymologia, scholiasta in Act. 6, 1 (ed. n. T. Matthæi), annotator in Peschito Act. 9, 29 et Chrysostomus in Act. 6, 1. 9 (cf. Hug. introduct. in n. T. T. II. p. 46 sqq.). Quod de Judæis Hellenistis Hierosolymis commorantibus sermo est Act. 6, 1. 9, 29, nihil quidem incommodi habet, multum vero, si Antiochiæ, urbe a Græcis habitata, inter Judæos et Hellenistas distinguatur, cum omnes ibi græce calluisse putandi sint. Præterea male opponerentur Judæi et Hellenistæ, ac si posteriores non essent Judæi. Quare vulgarem lectionem, cui quidem divus Ammonius patrocinatur, jure repudiamus. Judæis semper opponuntur homines natione diversi, ἀλλόφυλοι (Act. 10, 28), etiamsi eidem religioni addicti: sic passim Ἰυδαῖοι ac Ἕλληνες, Act. 21, 38 sq. Αἰγύπτιος et Ἰυδαῖος. Contra Act. 6, 1 Hellenistis opponuntur Hebræi, utpote indigenæ Palæstinenses patrio sermone utentes. Sin religionis diversitas significatur, Ἰυδαίοις opponuntur τὰ ἔθνη (Act. 11, 1. 13, 46. 21, 25 nosti cetera). Cum vero Ἕλληνες opponuntur, ii non religione, sed natione diversi sunt. Etenim isti apud Lucam proselyti e Græcis sunt; quo sensu etiam hic accipio. Ita c. 14, 1 Ἰυδαῖοι καὶ Ἕλληνες promiscue apostolos in synagoga Judæorum prædicantes audiverunt. Mox vero c. 14, 2 τῶν ἐθνῶν tanquam diversorum meminit. Porro c. 18, 4 Ἰυδαῖοι καὶ Ἕλληνες Paulum in synagoga Corinthi audiverunt, et mox v. 6 εἰς τὰ

K. ιβ'.

v. 1 δὲ abest 109. v. 3 αἱ abest 108* c. al. v. 4 ἀγαγεῖν 109. v. 5 γενομένη 109. v. 6 προάγειν αὐτὸν 106.

ἔθνη se convertit apostolus. Distinctius etiam c. 17, 4 τῶν σεβομένων Ἑλλήνων mentionem facit, quos simpliciter Ἕλληνας c. 21, 28 appellat. Item c. 16, 1 Ἰουδαία et Ἕλλην natione, non religione opponuntur; namque merito interpretes existimant, patrem Timothei græcum quidem hominem, non autem paganum, sed proselytum fuisse. Similiter in Joh. 7, 35 memoratur ἡ διασπορὰ τῶν Ἑλλήνων, qui sunt dispersi proselyti e Græcis, cf. c. 12, 20. Eodem significatu nomen Ἑλλήνων nostro quoque loco intelligendum esse, res ipsa admonet, quod non prope fidem accedit, jam tum hos nuntios Evangelii haud magni nominis rem tantam perpetrasse, ut conversionem gentilium promiscue susceperint; quæ res tanquam memoranda demum c. 13, 46 sqq. de Paulo narratur.

28. Καίσαρος a Griesb. deletum suffragantibus quatuor codd. et nonnullis interpretibus, in textum revoca, cum iidem fere codd. et interpretes καὶ ante ἐγένετο male omiserint. Præterea Vulgatus in 109 agnoscit.

29. εὐπορεῖτο pro vulgari ηὐπορεῖτο ex utroque Marc., codd. D 46 pluribusve ad analogiam flexionis εὐφράνθη c. 2, 26. 7, 41 rescribe. Ita et εὐχαρίστησαν Rom. 1, 21, ubi v. not. crit.; εὐκαίρουν Act. 17, 21 (ubi pauci ηὐκαίρουν), εὐδόκησα 2 Petr. 1, 17 Rom. 15, 26 sq. 1 Cor. 1, 21. 1 Thess. 2, 8. 3, 1 Hebr. 10, 6 et alibi. Luc. Ev. 3, 22 editur quidem ηὐδόκησα, sed in locis parall. Matth. 3, 17 Marc. 1, 11 εὐδ. Hebr. 7, 6 habetur εὐλόγηκε. Aliter se res habet, cum verbum simplex inchoat syllaba ευ, e. g. ηὔξατο Act. 8, 15. 9, 40. In Marco 6, 31 hodie invitis antiquissimis codd. perperam editur ηὐκαίρουν, c. 10, 16 ηὐλόγει; recte in Luca 12, 16 εὐφόρησεν, 12, 32 εὐδόκησεν.

v. 8 εἶπε δὲ 109 gr. et lat. v. 9 διὰ τοῦ ἀγγέλου abest 109 c. alio. Pro δὲ-γὰρ 108 c. 3 et al. v. 10 Pro εἰς-ἐπὶ 109. προσῆλθον 108* c. al. v. 11 ἐξείλετο 108. 109 c. plur. v. 13 Pro αὐτοῦ-τοῦ Πέτρου 108. 109 c. plur. v. 18 ὁ abest 108*. v. 20 ἦν δὲ † Ἡρώδης 108. 109 c. cl. or. ὁμοθυμαδὸν τε 106. v. 22 φωνὴ θεοῦ 109 c. al. v. 25 ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ 106 c. al. εἰς Ἱερουσ. 108*. 109 c. al.

K. ιγ'.

v. 1 τινες ἐν Ἀντιοχείᾳ 108. 109 c. cl. or. καὶ σαύλου 109. v. 2 τὸν σαῦλον καὶ τὸν βαρνάβαν 109. τε ante Βαρνάβαν abest a Marcc. c. plur. v. 4 οὖν abest 106.

C. XII.

25. Lectio εἰς Ἱερουσαλὴμ ex loco parallelo c. 13, 13 orta videtur.

C. XIII.

1. τινες, quod a pluribus documentis cl. occ. abest et Griesbachio vix probatur, germanum judico, etiamsi prophetæ et doctores nominatim proferantur. Lucas enim istam particulam usurpare solet, cum homines, quos nominat, aut ex parte aut omnes nondum noti sint, ita c. 16, 14. 18, 24. 19, 9. 14. 24.

8. Post Ἐλύμας distingue; ὁ μάγος enim est illius vocis interpretatio, quemadmodum Rom. 8, 15.

9. καὶ ante ἀτενίσας auctoritate cl. occ. probante Griesb. tolle; vide notam ad c. 9, 28.

18. Griesb. ex paucis codd. dedit ἐτροφοφόρησεν pro vulgari ἐτροποφόρησεν. Neutrum alibi legitur in n. T., sed in aliis scriptis utrumque. Dummodo certius constaret, utro verbo LXX interpretes 5 Mos. 1, 31, quem locum Paulus hic expressisse videtur, usi essent, certius Lucas castigari posset. Sed et illic alii libri cum Origene ἐτροποφόρ., alii ἐτροφοφόρ. exhibent. Utrumque hebraico נָשָׂא respondere potest; illud enim cum tenui π significat: mores alicujus ferre, hoc cum aspirata a τροφός: nutricis instar ferre et fovere. Quoniam vero istic

Pro τι-δὲ 108. 109 c. cl. or. v. 5 καἸήγγειλαν 109. v. 6 ὅλην abest 108. 109 c. cl. or. βαρνησῦν 108 c. plur. βὰρ Ἰησῦ 109 c. 40 et al. Παύλῳ abest ab 109 c. al. v. 9 † καὶ ἀἸινίσας 108. 109 c. cl. or. v. 11 τῦ ante κυρίυ abest ab 108. 109 c. plur. recte. Mox ἐπεισεν 108. v. 12 ἐκπλήἸόμενος 109 et ut videtur 108*. v. 15 πρὸς αὐἸὺς οἱ ἀρχισυνάγωγοι 106. ἐςιν ἐν ὑμῖν λόγος 109. v. 17 Ἰσραὴλ post τύἸυ abest ab 108. 109 c. plur. v. 18. ἐἸροποφόρησεν 108*. 109 c. plur. ἐἸροφοφόρησεν 106 c. al. v. 19 καἸεκληρονόμησεν 108. 109 c. plur. recte. v. 21 τὸν Σαὺλ ὁ Θεὸς 108. v. 22 ὃς ποιήσει-μυ abest ab 108* c. 3. v. 23 ἤγαγε 108. 109 c. plur recte.

---

imago a voluntate viri erga filium desumta est, locutionem τροφοφορεῖν a nutrice derivatam pæne inconcinnam puto. Quare cum 5 Mos. 1, 31 tum nostro loco ἐἸροποφόρησεν restituendum erit, quo etiam major auctoritas externa inclinat.

21. Verba ὁ Θεός a pluribus veteribus libris omissa et a nostro Marc. transposita suspecta sunt.

23. σωἸηρίαν loco σωἸῆρα Ἰησῦν ex compendio scripturæ ΣΩΤΗΡΑΙ͞Ν natum est.

25. Notam interrogandi post εἶναι auctoribus Neubourio et Raphelio tolle; idque confirmatur cd. Bas. 1, quem inspexi. Nam τίς sæpius loco ὅςις usurpatur: vide exempla a Schleusnero II. p. 1136 adducta, iisque adde 1 Petr. 5, 8. Similiter τίς pro εἴ τις ad instar hebræi pronominis מִי ponitur, e. g. Jac. 3, 13, ubi pariter signum interrogationis in comma mutandum. Adde Schleusner. loco memorato et 1 Cor. 7, 18, ubi adhuc male τις seu enclitice sive cum accentu gravi editum est.

33. Griesb. ex uno cod. D et nonnullis patribus ἐν τῷ πρώἸῳ ψαλμῷ recepit. Erasmus et Bengelius τῷ πρώἸῳ post ψαλμῷ posuerunt. Constat quidem in quibusdam codicibus v. T. secundum psalmum pro primo haberi, partim quod primus tanquam

Pro σωτῆρα Ἰησοῦν - σωτηρίαν c. cl. or. 108. 109, ubi Vulg. σωτῆρα absque Ἰησοῦν c. al. v. 24 παντὶ et λαῷ abest ab 108. 109 c. cl. or. v. 25 εἶναι abest 109 c. al.; idem pro ἄξιος-ἱκανός. v. 26 ἐξαπεστάλη 106 c. al. v. 29 πάντα 108. 109 c. plur. recte. v. 31 νῦν ante εἰσι abest 108. 109 c. cl. or. v. 32 ὑμᾶς abest 108. γενομένην ἐπαγγελίαν 108*. v. 37 ὃν δὲ-διαφθοράν abest 109 ob homœoteleuton. v. 39 τῷ abest 106. v. 40 μὴ ἐπέλθῃ-εἰρημένον ἐν abest 109. v. 41 καὶ ἀφανίσθητε abest 108*. ἔργον abest 108. 109 c. plur. Pro ᾧ-ὃ 108. 109 c. plur., in cd. 1 ὢ reperi et mox ἐκδιηγεῖται. v. 42 αὐτῶν † ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων

---

prooemium non numeratus, partim quod secundus una cum primo junctus fuerit. Illud autem dubium est, utrum Paulus ipse, an vetus interpolator in suo exemplari Bibliorum eum ordinem psalmorum repererit. Igitur rectius scriptura plurimorum librorum retinetur, eo magis, quod neque illa singularis, neque vulgaris suspicione vacat. Namque nusquam alibi in n. T. ita distincte citatur, verba τῷ πρώτῳ et τῷ δευτέρῳ ab aliquot documentis absunt, et in aliis δευτέρῳ ante ψαλμῷ, in aliis post γέγραπται transponitur.

41. Pro ᾧ auctoritate plurimorum codd. utriusque classis probante Griesb. ὃ restitue. Similiter nonnulli libri scripti et vulgares impressi peccant 1 Petr. 3, 21 ᾧ pro ὃ exhibentes.

42. Ob initium lectionis librarii quidam, ut in nostro 109, adscripserant: ἐκ τῆς συναγωγῆς τῶν Ἰουδαίων, postea cl. or. priorem genitivum αὐτῶν sustulit, et nominativum τὰ ἔθνη finxit. Lectio cl. occ. non dubito quin præferenda sit, ut bene Griesb. judicavit. Etenim incommoda esset iteratio: ἐξιόντων τῶν Ἰουδαίων et v. 43: λυθείσης τῆς συναγωγῆς. Potius aoristus ἐξελθόντων poneretur. Deinde nequaquam probabile est, jam tum gentiles ultro verbi

109 c. al., itidem 108 sed absque αὐτῶν c. cl. or. παρεκάλουν † τὰ ἔθνη 108. 109 c. cl. or. ταῦτα abest 108*. 109. 1 c. al. v. 43 αὐτοῖς abest 108. 109 c. 40 et plur. ἐπιμένειν 108. 109 c. cl. or. ἐπιμένειν αὐτοὺς 106. v. 44 Pro δὲ-τε 108. 109 c. plur. recte. Mox ἐρχομένῳ 109 c. plur. ἐπερχομένῳ 108 c. 3. v. 47 ἡμῖν ἐντέταλται 108 c. al. v. 48 ἔχαιρε 109 c. al. v. 50 † καὶ τὰς εὐσχήμονας 108. 109 c. cl. or.

K. ιδ'.

v. 1 πλῆθος πολύ 109. v. 3 καί ante διδόντι recte abest ab 108. 109. 1 c. plur. utriusque classis. v. 8 αὐτοῦ † ὑπάρχων 108. 109 c. cl. or. περιπεπατήκει iidem

---

divini, cujus audiendi nondum occasio data erat, cupidos fuisse. Denique præpostere res enuntiarentur, exeuntibus Judæis, paganos rogasse, et multos Judæos secutos esse. Contra oratio optime ita procedit ἐξιόντων δὲ αὐτῶν, παρεκάλουν εἰς τὸ μεταξὺ σάββατον λαληθῆναι αὐτοῖς τὰ ῥήματα. Exeuntes apostolos rogabant Judæi congregati, ut proximo sabbato denuo perorarent, et dimissa synagoga multi eos sequebantur. — Demonstrativum ταῦτα merito Griesb. obelo notavit: abest a pluribus testibus cl. or, et minus intelligitur, cur omissum, quam cur adjectum sit. Similiter c. 6, 13 absoluta dictio ῥήματα λαλεῖν additamento aliquo interpolabatur, ad quem locum vide notam.

44. ἐχομένῳ Griesb. ex paucis libris veteribus recte recepit; est enim lectio doctior, sensui aptior de sabbato non solum futuro, sed proxime insequente, et usui Lucæ frequentato accommodatior, cf. Luc. Ev. 13, 33 (ubi plures codd. ἐρχομ.) Act. 20, 15 (ubi itidem duo codd. ρ inserunt) 21, 26 (ubi nonnulli similiter ἐρχομ.).

C. XIV.

3. καί ante διδόντι Griesb. recte omisit. Ubi enim participium posterius ad explicationem prioris per-

c. plur. v. 9 ἤκουσε 109 c. cl. occ. v. 10 Codex 108 sub pagina habet: εὕρηται ἐν ἄλλοις. σοὶ λέγω ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀνάστηθι, quod additamentum alii in textu exhibent, et Irenæus latin. Hæres. L. III, 12, 9 agnoscit. Mox ἥλλετο 108 c. cl. or. et fam. lat. recte, ἥλατο 109 c. fam. afr. v. 12 Pro τε-δὲ 108* c. al. v. 13 οἱ δὲ ἱερεῖς - ἐνέγκαντες - ἤθελον 109 c. al. πόλεως αὐτῶν 108. 109 c. cl. or. v. 14 εἰσεπήδησαν 108. 109 c. cl. or. v. 15 ὑμῖν ἐσμὲν 106. τὰ ἐν αὐτῇ 109. v. 16 αὐτῶν 108. 109 c. plur. v. 17 ἡμῖν 109 c. al. ὑμῖν 108 c. al. rectius. Mox ἡμῶν 108. 109 c. plur. v. 18 τοῖς ὄχλοις 109. αὐτοῖς † ἀλλὰ πορεύεσθαι ἕκαστον εἰς τὰ ἴδια. διατριβόντων δὲ αὐτῶν καὶ διδασκόντων, ἐπῆλθον ἀπὸ 108* c. al. v. 19 Ἀπῆλθον 109. Ἰουδαῖοι † καὶ διαλεγομένων αὐτῶν παῤῥησίᾳ, ἀνέπεισαν τοὺς ὄχλους, ἀποστῆναι αὐτῶν λέγοντες· ὅτι οὐδὲν ἀληθὲς λέγουσιν, ἀλλὰ πάντα ψεύδονται. 108* c. al. Mox νομίσαντες δὲ αὐτὸν τεθνάναι, ἀναστὰς εἰσῆλθεν 109, qui verba κυκλωσάντων δὲ αὐτὸν τῶν μαθητῶν in margine habet. Pro τεθνάναι a prima manu τεθνηκέναι in eo, ut in aliis, fuisse videtur. v. 20 τῶν μαθητῶν αὐτὸν 108. v. 21 Pro τε-δὲ 109. τὴν ante Λύστραν abest 106. καὶ εἰς Ἰκόνιον καὶ εἰς 108* c. fam. afr. v. 23 κατ' ἐκκλησίαν πρεσβυτέρους 108* c. cl. occ. v. 27 ὁ θεὸς ἐποίησε 109 ex c. 15, 4. Mox θύρα 109. v. 28 δὲ † ἐκεῖ 108. 109 c. cl. or.

---

tinet, copulativa abesse solet, quemadmodum v. 17. 22 (ubi nonnulli καὶ perperam addunt): cf. ad c. 9, 28.

16. Vulgo mendose αὐτῶν pro αὑτῶν scribitur, quamvis pronomen non ad subjectum referatur.

26. Conjecturæ ἤεσαν pro ἦσαν noster 109 distinguendo post ἦσαν quodammodo patrocinatur. Neque inusitata est illa forma nostro scriptori, qui Ev. 9, 18 (ubi v. not. crit.) συνῄεσαν dicit. Scribendum igitur ᾖσαν (pro ᾔεσαν), et verba παραδεδό-θεῦ commatibus distinguenda.

C. XV.

K. ιε'.

v. 2 ζητήσεως 108. 109 c. plur. utriusque cl. v. 4 ἐποίησεν ὁ θεὸς μετ' αὐτῶν καὶ ὅτι ἤνοιξε τοῖς ἔθνεσι θύρα (sic) πίστεως 109 ex c. 14, 27. v. 7 ἐν ὑμῖν 108. 109 c. A 3. 40 et al. τοῦ ante στόματος abest 109. v. 9 οὐθὲν 109. v. 11 † τοῦ κυρίου 108. 109 c. plur. utr. cl. Χριστοῦ abest 108. 109 c. plur. v. 12 ἅπαν 108 c. al. v. 14 ἐπὶ abest 108* c. cl. occ. v. 15 τοῦτο 108. 109: v. 17 ταῦτα † πάντα 106. 109 c. cl. or. abest ab 108*. v. 18 αἰῶνός † ἐστι τῷ θεῷ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ 108. 109 c. cl. or. v. 20 ἀλλ' 108. v. 21 τοὺς κηρύσσοντας αὐτὸν κατὰ πόλιν 108*. v. 22 τοῖς πρεσβυτέροις καὶ τοῖς ἀποστόλοις 109. βαρσαββᾶν 109 c. A et al. v. 25 ἐκλεξαμένοις 108 c. al. v. 28 ἐπάναγκαις (sic) 109. τούτων τῶν ἐπάναγκες 108* c. al. v. 29 ἀπέχεσθε 108*. 109. v. 33 Pro ἀποστείλαντας αὐτοὺς - ἀποστόλους 108. 109 c. cl. or. Subjungit cod. 106 c. al.: ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ,

---

C. XV.

2. Scriptura nonnullorum codd. συζητήσεως ex loco parallelo v. 7 orta, ubi quidam hinc ζητήσεως exhibent.

17. πάντα, quod a cl. occ. abest, ex Amos 9, 12 irrepsit; quare aliquot veteres libri (ita cd. 1) æque ac istic πάντα ταῦτα transponebant.

30. κατῆλθον loco ἦλθον, quod Griesb. placebat, cl. occ. ex v. 1 correxit.

33. Additamentum: ἔδοξε δὲ τῷ Σίλᾳ ἐπιμεῖναι αὐτοῦ, quod pauci libri græci et aliquot interpretes agnoscunt, sed multi codd. utriusque cl. (et cd. 1) damnant, contradicit antecedentibus, ubi legitur, Judam et Silam dimissos fuisse; neque concinnum est cum sequentibus, ubi commoratio Pauli et Barnabæ cum particula adversativa δὲ infertur. Nullus dubito, quin explicandi v. 40 gratia censor antiquus hæc invexerit. Amplificatur etiam additamentum in membrana D insuper exhibente: μόνος δὲ Ἰούδας ἐπορεύθη (quacum Armenus et Vulgatus faciunt),

quæ verba in margine codd. 108. 109 a secunda manu exstant, sed in 109 cum varietate: ἐπιμένειν αὐτοῖς. v. 36 ἀδελφοὺς † ἡμῶν 108. 109 c. cl. or. † τὰς κατὰ 109. v. 37 Pro καὶ Ἰωάννην-τὸν Ἰωάνν. 109 c. cl. or.

K. ις'.

v. 1 γυναικός † τινος 108. 109 c. cl. or. v. 4 ἐπορεύοντο 108*. τῶν ante πρεσβυτέρων abest 108* c. cl. occ. τῶν ante ἐν abest 108*. v. 5 περιέσσευον 108* c. 3 et al. v. 7 Pro εἰς-κατὰ 108. 109 c. cl. or. Ἰησοῦ abest 109 gr. et lat. c. cl. or. v. 9 Pro διὰ-δὲ 108* ut videtur. Mox ἦν abest 108* c. 3 et al. † καὶ παρακαλῶν 109 c. cl. occ. v. 10 ἐλθεῖν 108*. τὴν abest 109 v. 11 τὴν Σαμοθρᾴκην 106. v. 12 τῆς μερίδος abest 109 c. al. τῆς ante Μακεδονίας abest ab 108 c. cl. occ. κολώνεια 108. 109 c. al. Pro ταύτῃ-αὐτῇ 108. 109 c. cl. or. v. 13 † τὸν ποταμὸν 109. v. 14 πορφυρόπολις 108 109. v. 15 ἐβαπτίσθη † αὐτὴ 106 c. al. v. 16 τὴν ante

---

Neque vero locutionem v. 36 μετά τινας ἡμέρας nimis urgere licet, sed latius patet, quo intervallo Silas Antiochiam reverti potuit, quod quidem Lucas reticet, quemadmodum de reditu Johannis Marci, quem c. 13, 13 Hierosolyma profectum memoriæ prodiderat, et hic v. 37 rursus Antiochiæ degere innuit.

C. XVI.

16. Articulum ante προσευχήν auctoritate cl. occ. probante Griesb. pone. Nam certum oratorium jam v. 13 memoratum intelligendum est, quod Philo de Mose L. III. p. 168 προσευκτήριον, Hellenistæ autem προσευχήν, (ita Judæi Halicarnasenses apud Gronovium in Decretis Romanis et Asiaticis pro Judæis p. 22 atque Judæi Massiliani apud Epiphanium Hæres. 80) et Latini (Juvenal. Sat. III. v. 295) *proseucham* nominare soliti erant.

37. ἡμᾶς ante ἐξαγαγέτωσαν, quod a Marco. et pluribus libris abest, et facile ex antecedentibus

προςευχὴν abest 108. 109 c. cl. or. v. 17 ἔκραξε 109. καταγγέλλ. ἡμῖν 108. 109 c. plur. v. 21 ἡμᾶς 109. v. 26 ἀνείθη 108* c. al. ἀνελύθησαν 109**. v. 30 προςαγαγὼν 109. v. 34 ἠγαλλιᾶτο 109 c. 40 et al. Pro θεῷ-κυρίῳ 109. v. 37 ἡμᾶς ante ἐξαγαγέτωσαν abest 108. 109 c. al. adesse. vidi in 1. v. 38 Ἀνήγγειλαν οὖν οἱ ῥαβδοῦχοι τοῖς στρατηγοῖς 109. ἐφοβήθησαν δὲ absque καί 106. 109.

K. ιζ΄.

v. 3 Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς 106 c. al. v. 5 Ζηλώσαντες δὲ οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ προςλαβόμενοι τῶν 109 c. cl. occ. προςλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι οἱ ἀπειθοῦντες 108 et 1 (qui tamen articulum ante ἀπειθ. omittit) c. cl. or. ἄνδρας τινὰς 109. † τοῦ Ἰάσωνος 109, idem cum ω v. 6. 9. v. 7 ἀποδέδεκται 109. v. 10 τε abest 108* c. 3 et al. Βέῤῥοιαν 108 et sic alibi cum al. ἀπήεσαν τῶν Ἰουδαίων 108. 109 c. al. v. 11 τὸ abest 106 c. cl. occ. v. 12 ὀλίγων 109. v. 14 ὡς abest 108*. 109 c. 3 et al. v. 15

---

suppletur, fortasse interpretamentum est; cf. c. 17, 19, ubi cod. D similiter pronomen inserit.

40. Nonnulli libri scripti et impressi loco πρός habent εἰς, ut simili loco c. 21, 18 duo tantum codd. εἰς Ἰάκωβον, c. 28, 30 plures εἰς, sed c. 17, 2. 28, 8 Marc. 15, 43 Luc. Ev. 1, 28 unanimi εἰςέρχεσθαι πρός τινα, id quod n. l. Marcc. et cd. 1 tuentur. Diverso sensu c. 19, 30 dicitur εἰςελθεῖν εἰς τὸν δῆμον (in mediam plebem).

C. XVII.

3. ἐστιν pro ἐστιν scribendum.

5. Lectionem cl. or. præferendam censeo, quam noster 108 agnoscit. Etenim quam cl. occ. et 109 exhibent, ea e scholio ζηλώσαντες super ἀπειθοῦντες scripto et e cap. 13, 45 desumto nata videtur. Quod vero libri impressi ex utraque lectione novam effingunt, equidem probare non ausim. Vulgares enim jungunt, quod utrique proprium est, ita:

† τὸν Τιμόθεον 108. v. 16 αὐτῷ τοῦ Παύλου 109. v. 18 δὲ † καὶ 108. 109 c. plur. utr. cl. Pro αὐτῷ-δὲ 109. αὐτοῖς abest 108 c. cl. or. εὐηγγελίζετο αὐτοῖς 109. 1 c. A 40 et al. v. 19 † οὐ δυνάμεθα 109**. v. 21 οὐκαίρουν 109 c. cl. occ. v. 25 Pro καὶ τὰ-κατὰ 106. 109 c. plur. v. 26 αἵματος abest 109 c. A 40 et al. Pro ἔθνος-γένος 109 c. al. προστεταγμένους 108. 109 c. plur. recte. αὐτὸν ζητεῖν τὸν Θεὸν 109. Θεὸν v. 27 habet etiam 108 c. plur. recte. Ibid. ψηλαφήσαιεν 108* c. 3 et al. ψηλαφήσειεν 109 c. 40 et al. Pro καὶ-ἂν 109 c. A 40 et al. καίγε 108. 109 c. plur. v. 28 ἡμᾶς 108 109 c. al. Pro τοῦ-τοῦτο 109 c. al. v. 29 χρυσῷ ἢ ἀργυρίῳ 109, idem ὅμοιον εἶναι. v. 33 ὁ Παῦλος post αὐτῶν legitur in 108.

ζηλώσαντες δὲ οἱ ἀπειθοῦντες Ἰουδαῖοι, καὶ προςλαβόμενοι. Griesbachius contra, quem Vaterus secutus est, ex utraque lectione mediam quandam invitis veteribus libris, varietate damnata, hoc modo effecit: προςλαβόμενοι δὲ οἱ Ἰουδαῖοι.

7. πράσσουσι pro πράττουσι ex nostris, Bas. 1 pluribusque codd. præeunte Bengelio rescribe, quia Lucas Ev. 3, 3. 13. 22, 23 Act. 5, 35. 19, 13. 20, 25. 21, 25. 22, 20. 23, 35. 26, 20. 31 eo modo loquendi uti solet. Quare etiam c. 19, 36 ex Marcc. πράσσειν excudendum, sicut in edd. Complutensi, Bengelii et aliis. Sine varietate item Matth. 3, 1 Marc. 1, 7. 6, 12 κηρύσσ. In Matth. 13, 54 antiquissimi codd. ἐκπλήσσεσθαι habent, quod recipiendum. Ita quoque in Paulo legitur Rom. 1, 32. 2, 1 alibi. Hebr. 12, 24 κρεῖσσον pro κρεῖττον emenda.

18. τὴν ἀνάστασιν αὐτοῖς εὐηγγελίζετο] Constructio quidem recte se habet: nam verbum εὐαγγελίζεσθαι Act. 8, 35 cum accusativo rei et dativo personæ, c. 13, 32 cum accusativo rei et personæ construitur. Verum cum alii codd. unâ cum Peschito αὐτοῦ αὐτοῖς, alii neutrum, alii tantum αὐτοῖς, alius (68)

K. ιη'.

v. 2 τέταχέναι 108* c. al. v. 3 ἔμεινε 108. 109 c. al. v. 4 ἐν abest 108*. v. 5 Ἰησοῦν τὸν Χριστὸν 108. v. 6 τὰς κεφαλὰς 106 c. al. v. 8 ἀκούσαντες 108* c. al. v. 9 ἐν νυκτὶ δι' ὁράματος 109. v. 12 οἱ abest 108. v. 14 ἦν post τι ponit 109 c. al. v. 15 ζητήματι περὶ 109. v. 17 Verba καὶ οὐδὲν-ἔμελεν in 109 in rasura posita sunt; ἔμελλεν 106. 108. v. 18 τὴν ante Συρίαν abest 108*. κεγχρεαῖς 109 c. al. v. 19 καὶ ἐκείνους 108. 109 c. al. v. 20 ἀλλὰ 109. v. 23 καθεξῆς abest 109. v. 25 περὶ τοῦ Ἰησοῦ 106 c. cl. occ. v. 26 αὐτοῦ abest 109.

---

tantum αὐτοῦ exhiberent, altera vox explicandi gratia irrepsisse ideoque in pluribus utraque excidisse mihi videtur. Ita e. g. c. 5, 37 propter glossam πολύν, quam loco ἱκανὸν codd. CD cum Origene habent, alii testes cl. occ. utrumque verbum omiserunt. Nostro autem loco posterius pronomen potius scholion redolet, quod hoc in aliis codd. ante, in aliis post εὐηγγελίζετο collocatum est. Lego itaque: τὴν ἀνάσ. αὐτοῦ εὐηγγ.

C. XVIII.

5. Lectio τῷ λόγῳ pro τῷ πνεύματι in paucis membranis cl. occ. et aliquot interpretibus obvia et a Griesb. recepta, e scholio ad verbum διαμαρτυρόμενος adscripto orta videtur.

10. ἐστι sensu requirente ex Marco. scribe; itidem c. 19, 2 ἐστιν.

15. Egregia scriptura unius 109 ζήτημά τι ostendit originem et vulgatæ ζήτημά ἐστι et lectionis plurium documentorum cl. occ. ζητήματά ἐστι, quæ Griesb. non displicuit. Librarii enim ΖΗΤΗΜΑΤΙ pro dativo accipientes varie correxerunt. Sane et cod. 109 ζητήματι exhibens fideliter quidem literas antiquas servavit, sed male accentum posuit, sicut v. 14 pariter ἀδικίματι pro ἀδίκημά τι.

K. ιθ'.

v. 1 ἀπολλῶ 109 c. al. ἀνάτολικὰ μέρη 109 c. al. v. 3 τὸ † τοῦ 109. v. 4 τὸν ante Χριστὸν abest 109. v. 7 δέκα δύο 109. v. 9 Τυραννίου 106* c. 3 et al. v. 10 τοῦ κυρίου † Ἰησοῦ 108. 109 c. cl. or. v. 12 περιφέρεσθαι 109. πονηρὰ ἐξέρχεσθαι ἀπ' αὐτῶν 108. 109 c. cl. or. v. 13 † καὶ ἀπὸ 108* c. al. ὁρκίζομεν 108. 109 c. cl. or. ὁ ante Παῦλος abest 109 c. cl. occ. v. 16 κατακυριεύσαν 106 c. al. v. 17 πᾶσι γνωστὸν 106. Post πᾶσι abest Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι 108*. v. 18 abest ab 108*. v. 19 συνεψηφίσαντο 106. 109, ut Glossar. vetus apud Labbæum p. 35. v. 27 ἡμῶν 109 c. al. ἱερὸν Ἀρτέμιδος 109 c. al. οὐθὲν 109. pro τε-δὲ 108. 109 c. al. v. 28 ἔκραξαν 109.

---

21. Censor occidentalis verba δεῖ-Ἱεροσόλυμα et mox δέ sustulit, quod eum latuit, v. 22 ad ἀναβὰς supplendum esse εἰς Ἱεροσόλυμα. Quamobrem apostolum tunc Hierosolyma non profectum esse opinatus est.

C. XIX.

10. Ἰησοῦ post κυρίου seu per compendium ΙΥ, quod ab ed. Griesb. abest, nescio, utrum aberrantibus oculis ob simile principium sequentis vocis Ἰουδαίους in cl. occ. exciderit, an in cl. or. eandem ob causam intrusum sit, ut mox v. 40 οὐ. Sed his in rebus antiquiores libri et veteres interpretes, qui damnant, pluris habendi.

33. Aoristum προβαλόντων bonis documentis firmatum præsenti προβαλλ. præeunte Bengelio præferendum duco, respectu proximorum præteritorum habito.

38. ἀγόραιοι loco ἀγοραῖοι recentiores editores invitis omnibus codd. scripserunt, idque Lexicographi n. T. a voce ἀγοραῖος distinxerunt, argutias Grammaticorum suscipientes. Si Schleusnerus ἀγόραιος de negotiis interpretatur, quæ in foro aguntur, ἀγοραῖον vero pro mercatore accipit, ego arbitror,

v. 29 † τῆς συγχύσεως 108. 109 c. plur. τοῦ ante Παύλου abest ab utroque c. plur. recte. v. 31 φίλοι αὐτῷ 108. Pro πρὸς - εἰς 109. v. 33 προβαλόντων 108. 109 c. plur. utr. cl. προβαλλ. 1. αὐτῶν τῶν 109, idem pro ἤθελεν-ἦλθεν cum Slavo. v. 34 ἐπιγνόντων c. al. 106. 108*, qui super linea ἐπιγνόντες c. 109 et cl. occ. habet. v. 35 μεγάλης † θεᾶς 108. 109 c. cl. or. v. 37 τὴν θεὰν 106. 108* c. al. τὴν θεὸν 108**. 109 c. plur. rectius. v. 38 τεχνῖται abest 108 c. 3. ἔχουσι πρός τινα λόγον 109 c. plur. ἔχ. πρός τινας λόγ. 108. v. 40 περὶ οὗ † οὐ 108. 109. 1 c. plur. δοῦναι 108*. 109. 1 c. al.

---

mercatorem certe negotiorum forensium causa sic appellari. Neque quidquam causæ video, cur accentus non in eadem sede remaneat, sive ἀγοραῖος ad personam, sive ad rem pertineat. Suidas et Ammonius differre quidem ajunt, prout penultima circumflectatur, seu antepenultima acuatur; sibi vero invicem contradicunt. Proinde dubium esset, utrum sequi malis, et satius erit ab auctoritate librorum manu scriptorum pendere.

39. περαιτέρω loco περὶ ἑτέρων est in decem codd., in quibus B, et in translatione Itala codicis Cantabrigiensis, recte ut videtur. Non enim hoc agitur, in illo tanto tumultu de rebus aliis ac præsentibus loqui; illud vero æquum est, si quid *ulterius* sit, quam quod judiciis et proconsulibus absolvere liceret, ad concionem legitimam provocare. Cæterum membrana E περ ἕτερον exhibens ostendit, quomodo librarii pronunciatione seducti, pro αι scribentes ε, paulatim lectionem veram depravaverint.

40. Si quis cum Griesb. negationem οὐ post οὗ addere velit, saltem ante περί distinctionem majorem ponere, et ad pronomen οὗ supplere πράγματός deberet. Tunc autem verba τῆς συστροφῆς ταύτης redundarent. Proinde οὗ ad αἴτιον referendum, et particula οὐ ex illo vocabulo dupliciter lecto nata ejicienda est.

K. κ'.

v. 1 τὴν abest 109. v. 3 μέλλοντα 109 c. al. v. 4 συνέπεσθαι 108*. 109 gr. et lat. c. 40 et al. Post hoc nomen addit Πύῤῥυ 109 c. cl. occ., omittit 108. Βεῤῥοιαῖος 108. v. 5 προσελθόντες 108*. 109 c. al. ἔμενον 109. v. 6 Pro τὰς-τῆς 109. v. 7 Pro ἡμῶν-τῶν μαθητῶν 108. 109 c. cl. or. τῦ ante κλάσαι abest 108. 109 c. plur. v. 8 ἦμεν 109 c. cl. occ. ἦσαν 108 c. cl. or.

C. XX.

1. Antiquissimi codices et interpretes cl. occ. post μαθητὰς verba καὶ παρακαλέσας eorumque plures ἀσπασάμενός τε, unus ἀσπασάμενος δέ, alius καὶ ἀσπασάμ., pars ἀσπασάμενος sine copulativa exhibent. Sed cum verbum ἀσπάζεσθαι neque glossemate indigeat, neque ei verbum παρακαλεῖν respondeat, tum vero magna suspicio sit, καὶ παρακαλέσας ob similem terminationem antecedentis nominis μαθητὰς in cl. or. excidisse, omissa restitue et lege: καὶ παρακαλέσας ἀσπασ. τε.

4. Si Cajus hic *Derbæus*, Lycaonia oriundus, idem est atque Cajus *Macedo* c. 19, 29 nominatus, (id quod sane probabile est, cum utrobique brevi temporis intervallo Cajus una cum Aristarcho comes Pauli fuisse dicatur,) ad tollendam contradictionem auxilium codicis Matthæi d., qui c. 19, 29 Μακεδόνας (tanquam scholion forsitan ex c. 27, 2) omittit, seu codicis 15, qui ibidem Μακεδόνα (cum ς finale facile ex nomine sequente συνεκδήμους oriri potuerit) legit, amplecti malim, quam h. l. conjecturam Valckenarii Σεκοῦνδος καὶ Γάϊος· Δερβαῖος δὲ Τιμόθεος adoptare.

7. τῦ ante κλάσαι, quod in Stephani ed. 3 reperitur, usui quidem linguæ convenit. Ita ponitur 1 Maccab. 3, 52 post συνάγεσθαι, cum finis conveniendi indicetur. Sed cum auctoritate externa destitutus articulus videatur, recte Bengelius et Griesb.

primas

v. 10 θορυβεῖσθαι 109. v. 13 προσελθόντες 108. 109. 1 c. plur. ἄσον 109 c. al., sed v. 14 duplicat σ. v. 15 ἄντικρυ 108*. 109. τρογυλλίῳ 108. τρωγυλίῳ 109. ἐρχομένη 108*. 109. v. 18 ἐξέβην 109. ἀφ' abest 106. v. 19 πολλῶν δακρύων 108. 109 c. cl. or. v. 21 τὸν ante θεὸν abest 109 c. al. v. 23 μοι post διαμαρτύρεται abest 108 109. 1 c. cl. or. λέγων 109 c. al. ἔτι δεσμά 109. v. 24 λόγυ 109. ἑαυτῷ 109 c. alio: ὥστε τελειῶσαι 108*. 109 c.

---

primas edd. secuti eum expunxerunt, ut c. 15, 6 post συνήχθησαν simplex infinitivus reperitur.

Versiculus 12 cum commodius ad v. 10, et v. 13 ad v. 11 referatur, invertere ordinem versiculorum 11 et 12 vellem, si antiqui testes assentirentur.

13. Inter προελθόντες et προσελθόντες variant codices, quæ est pervulgata permutatio. Legitur quidem in Plutarchi Alcibiade c. 5 προσέρχεσθαι εἰς ἀγοράν, Reiskius tamen ibi conjecit legendum προέρχ. Nostro certe loco προέρχεσθαι vim procedendi, non præcedendi habet. Paulus enim v. 11 prius egressus erat, neque verisimile est, comites navigantes eum peditem præivisse. Eo significatu occurrit προέρχεσθαι Matth. 26, 39 Marc. 14, 35 Act. 12, 10, quibus in locis plures codd. pariter προσέρχ. habent.

24. ὥστε ex nostris et undecim aliis codd., non refragante Bengelio, rescribendum, cum extrema syllaba istius particulæ ob simile principium sequentis verbi absorptum vulgo exciderit. Namque ὡς interdum quidem significatu *adeo ut* (v. Marc. 4, 27), nunquam vero notione causæ finalis pro ἵνα usurpatur, quam vim sensus hic requirit, et ὥστε bene exprimit. Præterea ὡς non infinitivum regit, nisi tanquam anacoluthon post verba discendi (cf. Matthiæi Gr. gr. §. 538) et in genere loquendi: ὡς ἔπος εἰπεῖν, et similibus: ὥς γε τἀληθῆ εἰρῆσθαι Plat. Gorg. p. 462 B. ὥς γέ μοι δοκεῖν Plat. Gorg. p. 482 D (quemadmodum εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι Plat.

40 et al. Ἰησοῦ † Χριστοῦ 108. v. 26 ἰδίῳ abest 109 c. 40 et al. v. 27 γὰρ abest 109. v. 28 τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ 106 109 c. cl. or. τοῦ κυρίου Θεοῦ 108* c. 3. τοῦ ἰδίου αἵματος 108. 109 c. cl. or. v. 31 ἕκαστον † ὑμῶν c. al. 106 in

---

Gorg. p. 486 c, pro quo plenius p. 509 A καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστι). Quare h. l. membrana B τελειῶσαι corrigendum haud inepte duxit. In loco 2 Cor. 10, 9 infinitivus a δόξω pendet, et ὡς ἂν *quasi* significat.

28. Judicium de lectionis varietate τοῦ Θεοῦ seu τοῦ κυρίου major pars codicum, qui utrumque jungunt, ambiguum reddit. Tamen simpliciter τοῦ Θεοῦ exhibent septendecim libri, in quorum numero antiquissimus B (quanquam ejus collationem h. l. in dubio ponit Birchius, quem vide in præfatione ad varias lectiones ad textum Apocalypseos collectas p. 39) et cod. 25 cum Vulgata. Simpliciter τοῦ κυρίου habent duodecim exemplaria, fere omnia cl. occ., ejusque generis interpretes et patres. Sed adverte, aliquot eorundem codd. v. 25 τοῦ Θεοῦ omisisse et membranam D in τοῦ Ἰησοῦ immutasse. Peschito, quæ maxime cum fam. afr. facit, nostrum locum magis, quam qui τοῦ κυρίου correxerint, τοῦ Χριστοῦ exhibendo interpolasse videtur. Contra qui τοῦ Θεοῦ habent, eos non ex τοῦ κυρίου illud fecisse verisimile est; certe c. 21, 20 hi fere omnes τὸν κύριον retinuerunt, ubi cl. occ. ex v. 19 τὸν Θεὸν correxit. Neque Griesb. assentior censenti, quoties duæ lectiones, quemadmodum hic in pluribus codd., junctim occurrant, utra priore loco stet, eam potiorem habendam esse. Ipse c. 27, 23, ubi cod. 98 κυρίου Θεοῦ, 2 Petr. 2, 17, ubi codd. Slavi νεφέλαι καὶ ὁμίχλαι et 1 Joh. 2, 15, ubi quatuor codd. τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός conjungunt, posteriorem scripturam recte prætulit. Sin rem ipsam spectas, Lucas orationes historiæ intersertas fideliter exprimere solet, in Paulo vero ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ undecies, ἐκκλησ. τοῦ Χριστοῦ semel, ἐκκλ. τοῦ κυρίου

argumento epistolæ Pauli ad Ephesios. v. 35 τὸν λόγον 109 c. al. τῶν λόγων 108* c. plur. τῦ λόγυ 106 c. al. Ἰησῦ abest 109 c. A et al. διδόναι μᾶλλον 109 c. plur. μᾶλλ. διδόν. 108 c. cl. occ.

K. κα'.

v. 1 ἀχθῆναι 108*. Κῶ 108 c. plur. κῶν 109 c. al. v. 3 ἀφοριζόμενον 109. v. 4 τὺς ante μαθητὰς abest 108 109. 1 c. cl. or. Ἱερυσαλήμ 108. 109 c. cl. or. v. 8 ἐξελθόντες † οἱ περὶ τὸν Παῦλον 108*. 109 c. cl. or., rectius abest ab 106 c. cl. occ. ἦλθον 109 c. al. † τῦ ὄντος 108 c. al., rectius abest τῦ ab 109 c. cl. occ. v. 11 τε αὐτῦ τὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας 108. 109. 1 c. plur. v. 12 ὡς δὲ ἠκύσαμεν ἡμεῖς τε καὶ οἱ ἐντόπιοι, ἠρωτῶμεν αὐτὸν τῦ

---

nunquam legitur. Probabilius autem est, τῦ Θεῦ ob sequentia mutatum, quam e scriptis Pauli illatum esse. Cæterum observatu digna est sententia quorundam doctorum apud Tellerum in Vocabulario n. T. p. 115 ed. 4 et van Hengel in Annotatione in loca nonnulla n. T. (Amstelodami 1824), qui absolute τὴν ἐκκλησίαν legendum proponunt.

35. τὸν λόγον ex triginta codd. et Chrysostomo rescribe, cum quia singularis numerus sententiæ magis convenit, tum quia hinc origo duarum aliarum lectionum τῦ λόγυ et τῶν λόγων apprime explicatur. Verbum autem μνημονεύειν admittit et accusativum, Matth. 16, 9. 1 Thess. 2, 9. 2 Tim. 2, 8 Apocal. 18, 5, et generandi casum, Col. 4, 19 Joh. 15, 20. 16, 4.

C. XXI.

4. τὺς post ἀνευρόντες ex hujus verbi syllaba extrema natum, cl. or. secutus tolle, præeuntibus editionibus primis et Bengelio. Est enim oratio non definita, loco τινὰς μαθητάς, quod c. 19, 1. Cf. c. 28, 14, ubi idem modus loquendi absque τινάς. Eadem ratio est articuli τῦ v. 8 a nonnullis libris scriptis et vulgaribus impressis appositi.

μὴ 108*. αὐτὸν post ἀναβαίνειν abest 106. 108. v. 13 Ἀπεκρίθη τε 108. 109 c. al. Pro γὰρ-δὲ 108* ut videtur, cum alio. v. 15 ἐπισκευασάμενοι 108. 109 c. plur. v. 16 Pro τινι-τι 108 absque 106. v. 18 Pro τε-δὲ 109. v. 20 εἰπόντες αὐτῷ 109 c. 40 et al. Ἰουδαίων abest 108* c. 3. τῶν Ἰουδαίων τῶν 109. v. 23 † ἐν ὑμῖν 108* c. al. v. 24 γνῶσι 108. 109 c. cl. or. v. 28 ἔτι δὲ καὶ 109. εἰσῆγεν 108*. κεκοινώνηκε 108*. c. al. v. 29 ἑωρακότες 108 109 c. plur. σὺν αὐτῷ ἐν τῇ πόλει 109. v. 31 σπείρας 106 108. v. 33 Ἐγγίσας δὲ 108 c. cl. or. v. 35 αὐτὸν abest 109. v. 36 κράζοντες 109 c. cl. occ. v. 37 Pro τε-δὲ 106. τι abest 108. 109 c. plur. v. 38 ἄρα 108 absque 106. v. 39 δὲ ante σε abest 109. v. 40 τὸν λαὸν 109 c. al. προσεφώνει 106. 109 c. al. ἐφώνησε 108* c. 3.

---

7. Interpunctio codd. Marcc. διανύσαντες ἀπὸ Τύρου, κατηντήσα. quam vulgaris: διανύσ., ἀπὸ Τύρου κατηντ. rectior est. Bengelius utrinque comma delevit.

11. ἑαυτοῦ loco τε αὐτοῦ ex cl. occ. probante Griesb. recipe, quod Lucas ipse accentibus distinxisse non videtur, et tamen perspicuitas vocem poposcit, quæ non ad Paulum referretur, sed reciproce intelligeretur. — Deinceps pro τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας inversionem τοὺς πόδ. καὶ τὰς χεῖρ. ut naturæ rei aptiorem, auctoritate plurimorum librorum utriusque classis nec non interpretum firmatam, præeuntibus aliquot editoribus, præfero. Transpositio vulgaris e Luc. Ev. 24, 39. 40 oriri potuit. Itidem Joh. 11, 44 formula τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας a pluribus antiquis testibus in τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας mutata est.

13. Cum classis occidentalis τότε ἀπεκρίθη, cl. or. partim ἀπεκρίθη δὲ partim ἀπεκρ. τε exhiberet, conjunctionem, quæ abest a quinque codd., omnino tollendam esse duco, ut pateat, unde variæ interpretationes conflatæ sint.

15. ἐπισκευασάμενοι consensu omnium fere veterum librorum et interpretum restitue. Erasmus

K. κβ'.

14. σάρκινος loco σαρκικός Griesb. cl. occ. secutus hic et alibi rescripsit. At sine ulla varietate c. 15, 27. 1 Cor. 9, 11. 2 Cor. 10, 4. 1 Petr. 2, 11 σαρκικός legitur, ad denotandum id, quod ad carnem et ad corporea pertinet, cui adjectivum πνευματικός opponitur. Nec minus 2 Cor. 3, 3 absque scripturæ diversitate σάρκινος occurrit, significans id, quod ex carne constat, cui λίθινος opponitur. Quocirca idem discrimen, quod nostri inter fleischlich et fleischern faciunt, etiam inter σαρκικός et σάρκινος constituendum, atque 1 Cor. 3, 1. 3. 4. 2 Cor. 1, 12 Hebr. 7, 16, in quibus locis documenta cl. occ. formam σάρκινος exhibent, constanter σαρκικός legendum est.

15. τοῦτο ante πράσσω, quod a pluribus monumentis cl. occ. abest, suspicione interpolationis non vacat; quoniam non tanta vis in hoc commate inest, quanta in proximo: ἀλλ' ὃ μισῶ, τοῦτο ποιῶ. Unum vero comma ex altero esse corruptum, e Marcc. 110 et 111 patet, quemadmodum etiam c. 8, 26 sq., ubi v. lect. var. ap. Griesb. Similis locus est Matth. 15, 11, ubi prævio commate negativo verbum κοινοῖ simpliciter, et subsequente affirmativo τοῦτο κοινοῖ augendi gratia ponitur.

νηρὸν 106. Pro πράσσω-ποιῶ et pro ποιῶ-πράσσω 110 111. v. 17 αὐτῷ 106. 109. v. 20 ἐγώ post θέλω abest 109 c. cl. occ. v. 21 Pro τῷ-τὸ 109. Idem ποιεῖ. v. 22 Pro συνήδομαι-ἥδυνήσομαι 106. τὸν νόμον 109.

K. η'.

v. 1 μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα omnes c. cl. or. v. 3 Pro ἑαυτοῦ-αὐτοῦ 109. καὶ περὶ

---

21. Locus ab interpretibus varie tentatus, nisi ab arte critica præsidium nactus fuerit, vix ad sanam rationem restitui poterit. Durum hyperbaton statuit Tholuckius in Commentario p. 252, post ἄρα interpungendo, τὸ καλόν tanquam appositum ad τὸν νόμον intelligendo, et τῷ θέλοντι ἐμοί ad ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται construendo. Qui minus verbis vim faciunt, τὸν νόμον potentiam seu animi humani impetum esse volunt. Tum vero articulus τόν inscite appositus esset, qui legem divinam potius spectare videtur. Neque scio an recte apostolus de tali animi impetu loquatur, quali vitiositas mihi adhæreat (ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται). Nam τὸ παρακεῖσθαι parum convenit νόμῳ, imo τὸ κυριεύειν sive αἰχμαλωτίζειν (v. 23). Quapropter equidem arbitror, verba ὅτι ἐμοὶ τὸ κακὸν παράκειται, tanquam argumentum totius loci margini adscriptum, quod in veteribus libris cum conjunctione ὅτι inferri solet, auctoritate membranarum FG, qui interdum soli verum tenent, a textu esse excludenda. Theodoretus certe perspiciens, quam male hæc cohæreant, post καλόν notat: ἐνταῦθα δεῖ στίξαι. Sin quæ a sensu abhorrent, plane ejecta fuerint, omnia recte se habebunt. Verbum εὑρίσκειν hic potestatem percipiendi seu prehendendi habet, quemadmodum Act. 17, 27 formula εὑρίσκειν τὸν θεόν.

C. VIII.

1. Lego μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, omissis ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, auctoresque habeo codd. A D ex emen-

ἁμαρτίας abest 109 c. al. καὶ abest a Vulg. 109. v. 10 διὰ ἁμαρτίαν 109. v. 11 διὰ τὸ ἐνοικοῦν αὐτοῦ πνεῦμα Marcc. c. plur. utr. cl. v. 17 Pro μὲν-δὲ 109, idem verba συγκληρονόμοι δὲ Χριστοῦ in marg. habet. v. 19 Pro κτίσεως-πίστεως 109 c. al. v. 23 αὐτοὶ οἱ 109 c. al. v. 26 προσευξόμεθα 108. 109. 110. 111. 113 c. plur. ἀλλὰ 109.

---

datione priori, (nam a prima manu omnia absunt, a tertia omnia adsunt,) complures veteres interpretes et patres, Bengeliumque mecum assentientem. Ita enim probe intelligitur, et cur verba cognata ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα e loco parallelo v. 4 in codd. cl. or. assuta, et cur, additamento lineis superscripto, spatium vacuum in cod. G. relictum, in cæteris membranis uncialibus verba μὴ κατὰ σάρκα περιπατοῦσιν, ἀλλὰ κατὰ πνεῦμα, omnino omissa sint. Neque igitur brevissimam scripturam, quæ Millio, Semlero et Griesb. perplacuit, præferre oportet. Alibi quoque in iisdem monumentis cl. occ. studium repetitiones evitandi cernimus, e. g. c. 10, 3 δικαιοσύνην post ἰδίαν, quod sane facile suppletur, a pluribus testibus occ. abest, ab iisdem fere ἐξουσίαι c. 13, 1. Cæterum in Pauli scriptis verba et commata iterata haud raro deprehendimus: cf. 1 Cor. 15, 13 sq. et 16 sq. c. 6, 12 et 10, 23. 2 Cor. 10, 8 et 13, 10 c. 11, 5 et 12, 11 Gal. 2, 16. Similiter 1 Cor. 15, 54 comma e proximo repetitum ab aliquot testibus cl. occ. male omittitur.

23. Articulum οἱ, quem sensus requirere videtur, quemque librarii prævio αὐτοὶ facillime prætermiserunt, ex Marc. 109 aliisque octo codd. et editione, qua Theophylactus usus est, probante Bengelio, restitue. Eadem de causa c. 11, 24 in nonnullis libris οἱ post οὗτοι excidit.

24. καί, quod quædam cl. occ. documenta sustulerunt, sic in altero membro orationis interrogandi particulæ τίς adjungitur 2 Cor. 2, 2.

v. 28 † τὸ ἀγαθὸν 109 c. al. v. 30 ἐδικαίωσεν· ὃς δὲ abest 109. v. 34 καὶ ante ἐστιν abest 108. 109. 113 c. A et al. v. 36 ἕνεκα 108 c. al. sed ἕνεκεν 109 c. cl. occ. v. 38 ὄυτε δυνάμεις, ὄυτε ἐνεστῶτα, ὄυτε μέλλοντα 108. 109 110. 113 c. cl. or. Ante ὄυτε δυνάμ. addit 109 c. alio ὄυτε ἐξουσίαι.

---

33 sq. In interpunctione Theodoretum, Athanasium et Bas. cd. 1, quem inspexi, cum Bengelio sequi malim, quam Augustinum post δικαιῶν, ἀποθανών et ἐγερθείς interrogative distingui jubentem, cui Griesb. aliique suffragantur. Etenim prædicata ὁ δικαιῶν, ὁ ἀποθανών et ἐγερθείς rationem reddunt, cur nemo accusare seu condemnare possit. Neque vero scio an gravis sit oratoris, eum, qui auctor est ut nemo accuset, ipsum, etiamsi interrogative, accusantem fingere. Tum quod neque Deus neque Christus electos reos fecerint sive condemnaverint, nil sane dixit, nec inde sequitur, eos omnino criminationibus et condemnatione, quas diabolus, mundus et sua cuique conscientia infligere soleant, vacare. Vacant autem, cum contra hos Deus justificans et Christus intercedens affirmative ponantur.

34 Dubium est, utrum καί ante ἐστιν a fam. afr. elegantiæ gratia proscriptum, an a cl. or. per oscitantiam e proximo ὅς καί invectum sit. Eadem quidem fam. afr. omittit etiam καί ante ἐγερθείς, sed tamen res digna est memoratu, ante ἐστιν neque Irenæo neque interpretibus latinis τὸ καί cognitum fuisse.

38. ἄγγελοι, ἀρχαὶ, δυνάμεις sive ordines tres angelorum, sive potestates cœlestes, terrestres et subterraneas significent, hæc tria vocabula arcte connexa non cum Griesb. auctoritate cl. occ. freto sejungenda sunt. Quod quidem ὄυτε δυνάμεις post μέλλοντα collocatur, propterea factum esse suspicor, quod quispiam olim parallelismi servandi causa

K. ι'.

v. 1 Pro αὐτῶν – τοῦ Ἰσραήλ ἐστιν omnes c. cl. or. Vulg. in 109: *fit per Israel.* v. 3 δικαιοσύνην, καὶ usque ad τοῦ θεοῦ abest ob homoeoteleuton ab 109,

---

de vasis honestis: illa enim non sunt a Deo præparata ad exitium, sed sua culpa ad interitum aptata, et a Deo ad manifestandam suam justitiam tolerata, hæc vero a Deo in gloriam facta et prædestinata sunt. Quam si interpretationem amplexus fueris, prorsus confutati erunt adversarii, qui culpam sibi imputari v. 19 deprecabantur. Nam minime oportere Deum accusari, ait apostolus, sed eum tantum uti vasis pestiferis, iisque spatium dare, ut ira et majestas divina patescat, eundemque in electis gloriosam suam misericordiam prodere.

C. X.

19. Utrum μὴ Ἰσραὴλ οὐκ ἔγνω cum cl. occ., an μὴ οὐκ ἔγνω Ἰσραήλ cum cl. or. legi oporteat, ex contextu dijudicari potest. Prout enim οὐκ ad verbum, seu ad voculam interrogandi μή refertur, diversa enascitur sententia. Scilicet particula interrogativa μή latinæ *num* respondet, ita tamen, ut id, quod interrogatur, negetur vel dubitetur, e. g. c. 9, 20 11, 1. Contra οὐ cum interrogative sumitur, reddendum est *nonne*, ita ut id, quod interrogatur, affirmetur, e. g. c. 11, 2. Hinc vero bene distinguas, cum interrogatio non ad negationem οὐ, sed ad verbum cum negatione constructum pertinet: ita Act. 13, 10: οὐ παύσῃ διαστρέφων, non desines pervertere? quod haud vertendum: nonne desines? (Diversa esset sententia: μὴ παύσῃ, an desines?) In hunc modum οὐ accipiendum Rom. 2, 21. 1 Cor. 9, 6 Luc. 17, 18. Quapropter ut luculentius appareat, οὐ interrogative, non negative intelligendum esse, Johannes Ev. 18, 11 οὐ μή sensu affirmativo, Paulus 1 Cor. 9, 4 sq. 11, 22 μὴ οὐκ eadem vi affirmandi quidem,

qui in marg. habet, sed omittens καὶ τὴν ἰδίαν δικαιοσύνην. v. 14 πιςεύσωσιν 109. c. f. lat. ἀκύσωσι. 111 c. al. ἀκύσωσιν 109. v. 15 εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων abest ob homœotel. ab 109. v. 19 μὴ ὐκ ἔγνω Ἰσραὴλ omnes c. cl. or. præter 106, qui habet: μὴ, ὐ γινώσκω Ἰσραὴλ. Ad antecedentia refert πρῶτος 109. v. 21 διεπέτασα. πρὸς σὲ τὰς χεῖράς μυ πρὸς 109.

---

modeste tamen addubitandi: *nunquid* (seu *num forte*) *non*, scripsisse videntur. Idem valet μὴ ὐκ commate antecedente 18, ubi affirmative respondetur: in nostro interpretes pariter interrogationem affirmativam reperire solent, ita explicantes: nonne Israel cognovit, a se ad gentiles doctrinam de Messia traductum iri? Tum ordinem verborum a cl. or. exhibitam prætulerim. At cum commata 18 et 19, quæ iisdem verbis: ἀλλὰ λέγω inchoant, cum illic ἀκύειν et hic γινώσκειν sibi respondeant, utrumque autem ad superius comma 16 se referat, equidem in his duobus propositionibus duplicem modum video exponendi, cur non omnes obediant evangelio, primum: nunquid non id audiverunt? imo vero; deinde: an Israel id (supple τὸ εὐαγγέλιον ex v. 16) non cognovit, i. e. mente et fide assecutus est? Non cognovisse eos et ab ethnicis in cognoscendo vero superatos esse, e prophetarum vaticiniis demonstrat, ne insolentior videatur, si ipse suo nomine asseruerit. Quam cum interpretationem unice contextui convenire arbitrer, rectius μή sensu negativo accipietur, et ὐκ ad verbum, non ad interrogationem referetur; quare editionem occidentalem ego cum Kustero, Millio et Griesb. probo, classem orientalem, quam vulgares libri impressi sequuntur, ex v. 18 aberrantibus oculis ordinem adulterasse ratus. Quod ad rationem grammaticam supra expositam attinet, observes velim, Johannem 4, 29 μήτι, c. 9, 27 μή sensu dubitandi usurpare, more

K. ιβ'.

v. 2 μὴ abest 106. συσχηματίζεσθαι - μεταμορφοῦσθε 109. v. 4 μέλη πολλὰ ἔχομεν ἐν ἑνὶ σώματι 109. v. 5

C. XII.

2. συσχηματίζεσθαι - μεταμορφοῦσθε, ut est in 109, mihi tanquam doctior lectio placet, cum cl. or. bis -σθε et cl. occ. (cum Bas. 1) totidem -σθαι exhibeat. Ita enim v. 14 sq. et Act. 23, 23 sq. infinitus imperativum excipit, atque v. 19 in altero membro orationis cum ἀλλά inchoante imperativus ponitur, prævio participio loco imperativi. Quod si nostro loco æque obtinuit, patet, cur alii prima vice -εσθε, alii altera -ῦσθαι correxerint. Item Ephes. 4, 23 sq. aliquot libri infinitivos medii in imperativos mutarunt. Cæterum de hoc usu infiniti v. not. ad Act. 1, 4. — Mox ὑμῶν, quod a cl. occ. abest, et mihi et Griesb. suspectum est, quia similiter absolute νοῦς 2 Thess. 2, 2 usurpatur, ubi nonnulli ὑμῶν addebant.

11. κυρίῳ ex auctoritate omnium fere codd. et intt. rescribe loco καιρῷ, quod Griesb. e membranis græcolatine scriptis D*FG, nonnullis exemplaribus latinis et paucis patribus atque libris antiquitus impressis recepit. Cum vero prope fidem accedat, compendium scribendi ab oculis latinis festinanter inspectum diversitatis fuisse causam, observari oportet, non vocem καιρός, sed nomen κύριος fere semper compendiose occurrere, sicut Marcc. h. l. κω seu κωι habent. Quod si tenetur, sequitur, ex κωι i. e. κυρίῳ lectionem καιρῷ esse natam. Neque hæc posterior internis argumentis sese commendat. Atqui cum contextus, ut τῷ κυρίῳ legatur, suadet, ita ut christiani spiritu ducti in domini servitutem tradantur; tum δουλεύειν notat servum esse, non se accommodare, sed vereor, ut cohortatio, τῷ καιρῷ δουλεύειν, gravitatem apostoli deceat, qui utique

Eph.

Post ὅλως addit super linea καὶ 109 c. 46 et al. v. 7 Pro διακονίαν - ὁ διακονῶν 109 c. al. Theodor. in 113.

Eph. 5, 16 Col. 4, 5 admonet, τὸν καιρὸν ἐξαγοράζεσθαι. Similiter Ignatius in ep. ad Polycarpum c. 3 hortatur: τοὺς καιροὺς καταμάνθανε, ubi eum nonnulli nostrum locum respexisse temere putaverunt. Ut vero nemo sacrorum scriptorum ad δουλεύειν τῷ καιρῷ aut similia excitat, ita solenne est δουλεύειν τῷ κυρίῳ Act. 20, 19 Eph. 6, 7, vel Χριστῷ Rom. 14, 18. 16, 18, vel τῷ κυρίῳ Χριστῷ Col. 3, 24, vel Θεῷ Matth. 6, 24 1 Thess. 1, 9.

19. Animadvertendum, interpretem Gothicum post ὀργῇ addidisse Θεοῦ quod nescio utrum ob paucitatem literarum ΘΥ potius exciderit, an ex interpretatione irrepserit. Sane quam dura fuerit ellipsis, quæ ob hanc ipsam causam trifariam explicatur, alio pro ultione divina, alio pro ira hostis, alio denique pro ira propria τὴν ὀργὴν accipiente. Qui postremam sententiam amplectuntur, ita ei patrocinari student, ut δότε τόπον, date moram, differte, interpretentur, collata phrasi latina e. g. apud Livium L. VIII. 32 obvia: „orabant, ut iræ suæ spatium et consilio tempus daret," v. et L. II. 50 Senec. de ira III. 39. Ii vero dissimilia comparant: τόπον διδόναι et *spatium dare*. Constat enim, *spatium* de temporis intervallo Latinis usurpari, ideoque haud raro de mora dici et cum nomine moræ jungi, e. g. a Valerio Flacco L. II. v. 356 et a Statio Theb. L. X. v. 704. Sed nusquam τόπος de tempore seu temporis dilatione adhibetur. Imo τόπον διδόναι respondet phrasi latinæ: locum dare, i. e. cedere, ut Luc. 14, 9. Sed cedere propriæ iræ, sive pati eam dominari, (quo sensu translato διδόναι τόπον Eph. 4, 27 occurrit,) non ferenda esset sententia et pæne insulsa. Imo Plutarchus de ira cohibenda c. 14 recte monet, non oportere iræ διδόναι

v. 20 ὤν abest 106. 108 c. al. ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν abest 109, qui in marg. a sec. manu habet: καὶ ἐὰν διψήσῃ πότιζε αὐτόν.

K. ιγ'.

v. 1 Pro ἀπὸ - ὑπὸ omnes c. plur. utr. cl. οὖσαι ἐξουσίαι omnes c. Theodoret. in 113 c. cl. or. ὑπὸ τοῦ 106 108. 113. 1, abest τοῦ ab 109 c. cl. occ. v. 4 εἰς ὀργὴν. ἔκδικος 108. 109 c. 46 et al. v. 8 ἀγαπᾷν ἀλλήλους omn. c. cl. or. v. 9 οὐ ψευδομαρτυρήσεις abest 109 gr. et lat. c. cl. occ., adest in 106. 108. v. 11 γὰρ abest 109 c. al. v. 14 ποιεῖσθαι 109.

τόπον. Quanquam isti interpretationi literis maxime accommodatæ ipse scriptor ansam præbuerit, nisi Θεοῦ addiderit. Non minus sequentia iram Dei, cui locus dandus sit, intelligendam esse persuadent. Similiter 1 Cor. 2, 14 verba τοῦ Θεοῦ in antiquis editionibus, quibus interpres Syrus, Irenæus et Clemens alex. usi sunt, defuerant; Act. 15, 10 verba τὸν Θεόν a pluribus Latinis omissa; Gal. 1, 15 ὁ Θεός in compluribus documentis excidit; Gal. 3, 21 τοῦ Θεοῦ abest a vetusto cod. Vaticano (B), in aliis Eph. 3, 2. 4, 30 Hebr. 10, 12 Marc. 12, 32 Luc. 13, 28 eadem verba desiderantur.

C. XIII.

1. Articulus τοῦ ab iis fere codd., qui etiam loco ἀπό habent ὑπό, omittitur, unde studium conformandi unum comma ad alterum pellucet; eoque minus cum Bengelio et Griesb. facio, qui omissionem comprobarunt.

4. εἰς ὀργὴν, ἔκδικος, sic e præstantissimo cod. 17 Marcc. Bas. 1 aliisque sedecim libris, e Theodoreto et Chrysostomo rescribe, cum vulgo inverso ordine legatur ἔκδικος εἰς ὀργήν, male ita εἰς ὀργὴν redundante. Quod a fam. lat. verba εἰς ὀργὴν omnino absunt, propterea, ut fieri solet, alienum locum in reliquis exemplaribus obtinuisse videntur.

K. ιδ'.

v. 1 προςλαμβάνεσθαι 109. Idem pro διαλογισμῶν-λογισμόν. v. 2 † τὰ πάντα 109. v. 4 δυνατὸς γάρ ἐστιν omnes c. cl. or. v. 5 γὰρ post μὲν, quod in Vulgato edito additur, a Vulg. in 109 abest. Mox κρινεῖ bis 109. v. 6 καὶ ὁ ἐσθίων omnes c. plur. v. 8 Loco prioris ἀποθνήσκωμεν-ἀποθάνωμεν 108* ut videtur c. 3 et al. v. 9 καὶ ante ἀπέθανε abest 108* c. cl. occ. ἀπέθανεν 111. καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν omn. c. plur. v. 13 Pro ἢ-εἰ 109. v. 14 αὐτοῦ Marcc. c. plur. v. 16 ὑμῶν abest 109. v. 18 τούτοις omn. c. cl. or. Pro Χριστῷ-κυρίῳ 109 c. alio. v. 23 πᾶν-πίστεως abest ob homœotel. 109.

---

12. Pro καὶ ἐνδυσώμεθα cl. occ. ἐνδυσώμεθα δὲ ad ostentandam oppositionem correxit, non improbante Griesb. Iidem fere codd. eandem ob causam c. 14, 3 ὁ δὲ interpolarunt, quod Griesb. minus placuit: utrumque vero æque rejiciendum.

C. XIV.

4. Pro δυνατὸς γάρ ἐστιν, quod est pervulgatum loquendi genus (c. 4, 21. 11, 23. 2 Cor. 12, 10. 13, 9), scripturam rariorem δυνατεῖ γάρ e cl. occ., non refragante Griesb., recipe, cum AFG δυνατεῖ, BCDE δύναται, Basilius et Chrysost. δυνατός absque ἐστιν exhiberent. Eadem varietas in verbo δυνατεῖ 2 Cor. 13, 3 reperitur.

9. Χριστὸς ἀπέθανε καὶ ἀνέστη, ἵνα, sic optime habent codd. FG, Vulg. et aliquot patres. Vulgaris editio orientalis hæc est: καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη καὶ ἔζησεν. (Male Erasmus et Elzevirii καὶ ἀνέζησεν ediderunt.) Aut καὶ ἀνέστη aut καὶ ἔζησεν expungendum esse, jam inde colligi potest, quod a codd. ABC illud (probante Griesb.), ab aliis hoc abest, et vulgo utrumque jungitur, idque in Peschito inverso ordine: καὶ ἔζησεν καὶ ἀνέστη. Utrum ejiciendum sit, perspicere mihi videor ex antiqua interpolatione codd. DE in Irenæo jam obvia: ἔζησε καὶ ἀπέθανε καὶ ἀνέστη. Verbum ἔζησε hic addebatur, si quid video,

Ad calcem capitis inseruntur versiculi 25—27 cap. 16 ab omnibus c. cl. or. In Vulg. 109 et hic a recentiore manu perscripti, et in extrema epistola infra paginam denuo exstant.

K. ιε'.

v. 1 δὲ abest 111 c. al. v. 2 γὰρ abest ab omn. c. plur. Pro ἡμῶν - ὑμῶν 109 c. al. v. 3 ἑαυτὸν Theodor. in textu 113. v. 4 διὰ posterius abest 109 c. plur. adest in 108 c. fam. afr. v. 5 ἐν ἀλλήλοις abest 109. Ἰησ. Χριστὸν 109 gr. et lat. v. 6 δοξάζειν σε τὸν 109. v. 7 ὑμᾶς 108. 109 c. cl. occ. ἡμᾶς 111 c. al. v. 8 Χρ. Ἰησοῦν omn. c. plur. v. 9 † κύριε. καὶ 106. 108. 1 c. plur. v. 11 πάλιν abest Theodor. in 113. καὶ ante ἐπαινέσατε abest

---

ut ratio redderetur, cur Christus ζώντων dominus esset. Hinc etiam καὶ ante ἀπέθανε in cl. or. remansit, quod cl. occ. cum nostro 108 recte omittit. Hoc modo originem interpolationum verius conjecisse mihi videor, quam si καὶ ἀνέστη ex 1 Thess. 4, 14 huc esse translatum dicatur. Perinde verba καὶ ἔζησεν ex Apocal. 2, 8 desumta videri possint.

18. ἐν τούτῳ probante Griesb. scribe. Cum enim in scriptura ΤΟΥΤΩΙ seriore ævo depravatio fuerit proclivis in τούτοις, magis audiendæ sunt membranæ antiquiores unciales.

C. XV.

8. Ἰησοῦν Χριστὸν vulgo editum, sed aut invertendum ordinem, ut est in nostris omnibus Bas. 1 cum pluribus codd., intt. et patribus, editionibus Complutensi et Bengelii, aut Ἰησοῦν ex auctoritate fam. afr. omnino delendum esse duco.

9. Additamentum κύριε in pluribus exemplaribus græcis, intt. et editione impressa Complutensi obvium non prorsus spernendum, quod dubium est, irrepseritne huc ex intt. LXX Ps. 18, 50, an in cæteris libris ob compendium κε. καὶ (ita in Marcc.) per negligentiam exciderit. Neque v. 11 liquet,

106. 108*. 109 c. al. v. 13 πληρώσει 109. ἡμᾶς πάσης 106. περισσεύειν ἡμᾶς 109. v. 14 ἀγαθοσύνης 109. 111. Pro ἀλλήλους-ἄλλους 108 c. plur. v. 15 τολμηρὸν 109. ἀπὸ μέρους, ἀδελφοὶ 108 c. 3. v. 17 ἔχων 106. πρὸς τὸν omn. c. cl. occ. v. 19 πνεύματος Θεοῦ omn. c. cl. or. v. 20 εὐαγγελίσασθαι 109. v. 23 τόπον ἔχειν 109. δὲ post ἐπιποθίαν abest 111. v. 24 πορεύομαι ἐπισπανίαν 109. ἰσπανίαν 106 et v. 28 ita c. al. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς, ἐλπίζω γὰρ omn. c. cl. or. In 108* sicut in cod. 3 pro γὰρ fuisse δέ videtur. Mox ἀφ' ὑμῶν 109 c. cl. occ. v. 26 μακεδονίαν καὶ ἀχαΐαν 109. v. 28 † οὖν αὐτοῖς 109. αὐτοῖς abest 108 c. al. v. 29 Verba τοῦ εὐαγγελίου τοῦ agnoscunt omnes c. cl. or.

---

utrum Peschito, Chrysostomus et aliquot codd. καί ante ἐπαινέσατε omittendo LXX Ps. 117, 1 imitati sint, an cæteri copulativam ex suo ingenio addiderint.

13. ἐν ante τῇ ἐλπίδι abest a fam. lat. Promiscue res, qua abundamus, cum περισσεύειν construitur et adjuncta et demta præpositione ἐν: adjuncta 1 Cor. 15, 58. 2 Cor. 3, 9 Phil. 1, 9, demta cum dativo simplici Act. 16, 5. 2 Cor. 7, 4. 1 Thess. 3, 12. Utrumque genus eodem commate occurrit 2 Cor. 8, 7. Ut nostro loco, ita Col. 2, 7 aliud ἐν sensu diverso apponitur: περισσεύοντες ἐν αὐτῇ (πίστει), ἐν εὐχαριστίᾳ.

24. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς et γάρ Griesb. cl. occ. secutus ejecit, quæ restituenda videntur. Etenim cum in A B C ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς quidem desit, sed γάρ exstet, hoc certe clamat, illud improviso excidisse. Nam de industria γάρ ex cl. or. per correctionem in fam. afr. immissum esse non credibile est, quoniam tum priora verba, sine quibus γάρ ineptum est, unâ illata forent.

C. XVI.

5. Ἀσίας e cl. occ. cum Griesb. recipe, quoniam vulgare Ἀχαΐας loco parallelo 1 Cor. 16, 15 originem debere videtur; cf. Griesb. Symbolas Crit. T. 2 p. 108 sq.

K. ιϛ'.

. v. 1 ἡμῶν abest 109. χειρεαῖς 109 c. al. v. 2 προςάτης 109 c. al. ἑμῦ αὐτῦ 106. 108. 109 c. 3 et al. v. 3 πρίσκαν 108**. 109. 111 c. plur. utr. cl. πρίσκιλλαν 106 108* c. al. μοι 106. 108. v. 5 Ἐπαινέτὸν 106. 108. 109 Theod. in 113. Pro Ἀσίας - Ἀχαΐας omnes et Vulg. in

---

17. καί ante ἐκκλίνατε in duobus codd. propterea omissum, quod constructio mutari credebatur. Ego interpunctione consulo, colon post ἀδελφοί et comma post ποιῦντας ponendo: v. ad Acta 1, 4.

18. τῷ κυρίῳ ἡμῶν Χριςῷ, sic in Marc. 109 et fam. afr. recte legitur. Ἰησῦ ante Χριςῷ, ut est in cl. or., a correctore quopiam supra lineam olim scriptum fuisse videtur, unde ἡμῶν modo excidit, modo post Χριςῷ (comprobante Griesb.) transpositum, in alio denique Ἰησῦ Χριςῷ omissum est. Scilicet interdum et quod super linea et quod in ea positum, prætermittebatur. — Mox loco εὐλογίας unicum 109 facili permutatione εὐγλωττίας exhibentem, præstantiæ lectionis, quam numero codicum plus tribuens, exprimere ausim. Nunquam enim εὐλογία in malam partem accipitur, neque veri simile est, εὐγλωττία cum semel h. l. in n. T. legeretur, glossemate invehi potuisse. Non me quidem fugit, εὔλογος in scriptoribus profanis sensum *plausibilis* habere, et Demosthenem de Corona p. 296 ed. Schæfer. προφάσεις εὐλόγους dicere; neque tamen hinc mirificam potestatem εὐλογίας h. l. satis defendi posse arbitror. Etiamsi substantivo εὐλογία illa inusitata vis vindicetur, vereor tamen, ut Paulus χρηςολογίαν et εὐλογίαν eadem sonantia copulaverit.

21. ἀσπάζεται e cl. occ., nostro 108 Bas. 1 et Chrysostomo, non abnuente Griesb., recipe: cf. Col. 4, 10. 14. Similiter Philem. 23 cl. or. ἀσπάζονται correxit, ubi Griesb. bene singularem cl. occ. et intt. secutus restituit.

109 c. cl. or. v. 6 *ὑμᾶς* 109 c. A et al. v. 11 *ἀρκίσσου* 109. v. 14 † *καὶ ἑρμᾶν* 109 ibique Vulg. *hermen patrobam. et hermam*, quemadmodum fere cl. occ. v. 15 *νιρέα* 109 c. al. v. 16 *πᾶσαι* abest a Marcc. c. plur. utr. cl. Pro Χριστοῦ - θεοῦ 106 c. al. v. 18 *τῷ κυρίῳ ἡμῶν* Χριστῷ 109 c. fam. afr. *τῷ κυρίῳ ἡμῶν* Ἰησοῦ Χρ. 106. 108 c. cl. or. *τῷ κυρίῳ* Ἰησοῦ Χρ. 110. 111 c. al.

Versiculi 25—27 quum ab omnibus fere minutis literis scriptis codd., ab AI et Slavo ad extremum caput 14 rejicerentur, contra a membranis majusculis literis exaratis partim cum reliquis intt. in calce epistolæ, partim utroque loco collocarentur, partim plane omitterentur; ad dijudicandam rem maxime quæritur, unde probabiliter origo hujus maximæ varietatis repetatur. Teste Origene in commentario ad ep. ad Roman. Marcion inde a capite 15 usque ad finem epistolæ cuncta dissecuit. Et sane quæ c. 15, 4. 8 leguntur, eum, qui nexum v. et n. T. negavit, non potuere non offendere, atque reliqua epistolæ ad res privatas apostoli pertinent. Quæ cum ita sint, et cum Marcion ob contemtum v. T. et alia loca n. T. abstulerit (videantur Neander de system. Gnostic. p. 315 sqq. et lectiones variantes in Lucæ Ev. a Griesbachio collectæ passim), testimonium Origenis ab interprete Ruffino servatum firmari videtur. Hinc vero commode explicatur, in codd. ex recensione Marcionis perscriptis, librarios ipso fortasse Marcione auctore, clausulam ex fine epistolæ assuisse, et postquam quod deerat a correctoribus suppletum esset, alios hanc clausulam iterasse, alios hinc, alios illinc, alios utrinque ejecisse. Quam ad sententiam magis etiam adducor, quod duo codd. 31 et 73 versiculum 24, quo in vulgaribus epistola desinere solet, unâ cum tribus istis ad calcem capitis 14 reponunt; unde colligi potest, versiculos 25—27 æque ad finem

Pro εὐλογίας - εὐγλωττίας 109. v. 20 Vulgatus in 109: *conteret*, cum editus habeat: *conterat*. ἀμήν abest a Marcc. c. plur. v. 21 ἀσπάζεται 108* c. cl. occ. ὁ συγγενής 109.

---

pertinere et cum illo inde esse desumtos. Quo accedit ratio e contextu petita, quod quæ sensu nexa sunt, male separata forent, additamento inter capita 14 et 15 interposito. Quæ res Tholuckium in Commentario p. 501 movit, ut existimaret, Paulum absolutis cap. 14 literis, tanquam alicujus negotii oblitum, orationem resumsisse. Aliquantum vero audaciæ habet hæc conjectura; neque hoc modo tam facile ludibrium transponendi explicatur, quam ex nostra sententia; multo minus intelligitur, qui evenerit, duos codices etiam versiculum 24 ad caput 14 assumsisse.

Cæterum de loco, quem versiculus 24 obtineat, denuo disputandum est. Omnes quidem libri impressi (excepto Griesbachiano, ubi v. 25—27 ad cap. 14 rejecti sunt) versiculum 24 commati 25 præposuerunt, auctoritatem codd. BD*E et 16 secuti. Quoniam vero isti versiculi transpositionis gratia facile in fine assuebantur, suspectior videtur hic ordo: quare melius v. 24 tribus istis postponitur, quemadmodum disponunt codd. 17 (ubi utroque loco exstant v. 25—27) 80 et (qui ad cap. 14 versiculum 24 quoque rejiciunt) 31 et 73 cum Syro utroque, Arabe Erpenii et Ambrosiastro. Sic repetitio eorundem fere verborum, quæ jam v. 20 legebantur, ferenda erit, si apostolus hæc in extremo manu propria subscripsisse putatur; nisi ex Koppii sententia comma 24, tanquam post rejectos demum ad cap. 14 versiculos 25—27 clausulæ loco additum, delere malueris.

27. Pro ᾧ quidam libri manu scripti et impressi habent αὐτῷ, neque vero mutatione opus est: ita

Ἐγράφη ἀπὸ Κορίνθου ἡ πρὸς Ῥωμαίους ἐπιστολὴ διὰ Φοίβης. στίχοι λκ': 106. 108. Πρὸς Ῥωμ. ἐγρ. ἀπὸ Κορίνθου διὰ Φοίβης τῆς διακόνου τῆς ἐν Κεγχρεαῖς ἐκκλησίας 109. 110 111 c. al.

---

1 Cor. 2, 9, ubi intt. hæsitaverunt, posterius ἃ loco ταῦτα usurpatur, itidem 2 Cor. 4, 6. 11, 12 Gal. 2, 5 Hebr. 7, 16 Act. 8, 27 Rom. 9, 23 (ubi vid. n. nota.).

Πρὸς Κορινθίους πρώτη 108. 109. 110. Nullam inscriptionem habet 111.

K. α'.

v. 2 Ἰησοῦ abest 109. συμπᾶσι 109. ἡμῶν post κυρίου abest 109 c. A et alio. τε abest 109 c. cl. occ. v. 6 Pro Χριστοῦ - Θεοῦ 109 c. 46 et al. ἐν abest 109 c. al. v. 7 ὑμᾶς abest 109*. v. 8 καὶ abest 108. v. 10 παρακαλῶ οὖν Theodor. in 113. Pro αὐτῇ - αὐτοῦ 109. v. 12 λέγει † ὅτι 108. v. 13 ἡμῶν 109 c. al. v. 15 Vulg. in 109: *baptizaverim*, ut textus græcus receptus. v. 16 λοιπὸν abest 108 c. al. v. 18 † Ἀδελφοί. ὁ λόγος, omisso γάρ 109 e lectionar. v. 21 γὰρ abest 108 c. al. v. 22 σημεῖον omn. c. cl. or. v. 23 Pro ἔθνεσι - Ἕλλησι omn. c. cl. or. v. 24 Χριστοῦ Θεοῦ 109. v. 27 Ab ἵνα ad ἵνα proximum abest 109 (qui in marg. habet) 110. 111

C. I.

27. καταισχύνῃ τοὺς σοφούς, hunc ordinem verborum, qui est in cl. occ., præfero, quod ita bene intelligitur, cur in pluribus libris verba ab ἵνα καταισχύνῃ ad proximum ἵνα καταισχύνῃ oculis aberrantibus omissa fuerint. Ii sane codd., a quibus ista verba absunt, illi lectioni suffragari potius quam adversari putandi sunt.

c. A et al. καταισχύνῃ τοὺς σοφοὺς 109 c. cl. occ. v. 28 ἐξελέξατο ὁ θεὸς καὶ τὰ ἐξουθενημένα 109. v. 29 τοῦ θεοῦ 108. 109. 110** c. plur. utr. cl. αὐτοῦ 110*. 111 c. al.

K. β'.

v. 2 τοῦ εἰδέναι τι omn. c. cl. or. Χριστὸν Ἰησοῦν 109. v. 4 πειθοῖ 106. 108. ἀνθρωπίνης σοφίας λόγοις omn. c. cl. or. sed Theodoret. in 113 omittit ἀνθρωπίνης. v. 7 σοφίαν θεοῦ omn. c. cl. or. πρὸ τῶν αἰώνων abest 109. v. 9 ἃ † ὃ 110. 111. οἶδε 106. v. 10 ὁ θεὸς ἀπεκάλυψε omn. c. cl. or. v. 11 Pro οἶδεν - ἔγνωκεν 109 c. cl. occ. v. 13 πνεύματος ἁγίου omn. cum Vulg. in 109 et Theod. in 113 c. cl. or. v. 14 Pro ἀνακρίνεται - κρίνεται 109.

C. II.

4. πειθοῖ pro πειθοῖς e nostris 106. 108 Bas. 1 aliisque quinque codd., pluribus veteribus intt. et patribus auctore Semlero recipere malo, quam inauditum alioquin adjectivum πειθός statuere, præsertim cum probabile sit, literam σ ex prima sequentis vocabuli assutam, vel respectu sequentis nominis λόγοις invectam esse. Voces autem ἀνθρωπίνης et λόγοις, quarum prior a cl. occ. unanimi fere consensu, posterior autem a codd. F G aliisque documentis abest, e loco parall. v. 13 male insertæ videntur. Mosquensium unus, qui transponit σοφίας ἀνθρωπίνης, et alius, qui ἀνθρωπίνοις λόγοις exhibet, conjecturam confirmant, e margine intra lineas τὸ ἀνθρωπίνης illatum fuisse. Scriptura, quam ego probo, pridem Griesb. placuit.

13. ἁγίου, quod Griesb. auctoritate cl. occ. ejecit, propter locum parallelum v. 4 excidisse videtur, quum iste locus ex hoc et hic ex isto correctus sit. Patres aliqui ab editione occidentali pendentes etiam strictius versiculum 4 repræsentarunt, ἐν ἀποδείξει πνεύματος hic exhibentes, unde elucet, quid de hac re judicandum sit.

K. γ'.

v. 1 Κἀγὼ 109 c. cl. occ. ceteri καὶ ἐγώ. Mox ὑμῖν λαλῆσαι 106. 108 c. plur., ceteri transponunt. Verba ὡς νηπίοις ἐν Χριστῷ sequentibus jungunt 106 109. 111. v. 2 καὶ οὐ omn. c. cl. or. ἠδύνασθε 106. 108 113 c. cl. or., ceteri ἐδύνασθε. Mox οὐδὲ 109 c. cl. occ., ceteri οὔτε. Paullo post νῦν abest 109. v. 4 λέγει 109 c. al. v. 5 ἀλλ' ἢ διάκονοι omn. c. cl. or. v. 7 ἐστι τὶ 109. 110 recte. v. 11 ὁ ante Χριστός abest a Marcc. c. plur. v. 13 καὶ abest 108. v. 15 οὔτω 106. οὕτως 109, qui alibi quoque ita.

C. III.

1. In scriptura ὑμῖν λαλῆσαι cl. or. cum patribus cl. occ. et Vulgato convenit, ideoque ea adoptanda, præeuntibus edd. Complutensi, Bengelii et aliis.

5. ἀλλ' ἢ Griesb. cum cl. occ. a textu proscripsit, sed quoniam hic sensu rariore *nisi*, ut 2 Cor. 1, 13 Luc. 12, 51 Diogen. Laërt. procem. p. 12, usurpatur, potius omissum quam insertum esse arbitror. Quare interrogandi notam non post Ἀπολλώς, sed post ἐπιστεύσατε apponi oportet.

14. μένει quum recte hic perpetuitatem quandam indicet, Griesb. aliosque sequi dubito, qui invitis omnibus exemplaribus græcis præsens in futurum μενεῖ mutaverunt. Syrus, Vulgatus, Chrysostomus et Theodoretus, qui μενεῖ agnoscunt, versiculum 15, ubi κατακαήσεται unam actionem futuram repræsentat, male comparasse videntur. Itidem 2 Tim. 2, 13 unus e codicibus μένει in μενεῖ depravavit.

18. Ante ἐν τῷ bene distinguunt Marcc. codd. Bas. 1 Cyprianus aliique et inter recentiores Bengelius, cum hæc verba commodius ad præceptum apostoli quam ad opinionem hominum arrogantiorum referuntur. Griesb. aliique post τούτῳ interpungunt.

K. δ'.

v. 1 ὑμᾶς 109. v. 2 ζητεῖτε 109 c. cl. occ. τις abest 109. v. 3 εἰς abest 109. v. 5 ἑκάστῳ abest 110* c. al. τοῦ ante Θεοῦ abest 109. v. 6 ἐν ὑμῖν 109 c. al. † μὴ φυσιοῦσθε 106 c. al. v. 14 νουθετῶν 106. 108 c. al. v. 18—19 ἐφυσιώθησαν usque ad ὑμᾶς abest 109, qui infra paginam habet: ἐφυσ. τινες. ἐλεύσομαι πρὸς ὑμᾶς ταχέως. v. 19 τὸν πεφυσιωμένον 109 c. 46* et al. v. 20 Pro τοῦ Θεοῦ - τῶν οὐρανῶν 109. v. 21 πρὸς ὑμᾶς ἔλθω 109.

K. ε'.

v. 1 καὶ τοιαύτη πορνεία abest ob homœotel. ab 109. ἔθνεσιν † ὀνομάζεται omn. c. cl. or. v. 2 ἐξαρθῇ omn. c. cl. or. v. 3 γὰρ abest 109 c. al. ἀπὼν † μὲν 108*. v. 4 ἡμῶν abest 108. v. 5 Ἰησοῦ † Χριστοῦ 109 c. cl.

C. IV.

14. Observandum est, duos nostrorum codd., qui alias familiæ afr. favere non solent, cum hac in lectione νουθετῶν, quæ etiam Griesb. non displicuit, convenire.

C. V.

1. ὀνομάζεται scholion esse ex Eph. 5, 3 invectum Bengelius censuit. Idem v. 2 ἐξαρθῇ ex v. 13 ortum esse suspicatur, et sane aliqui codd. etiam ἐξ loco ἐκ μέσου ex v. 13 susceperunt.

3. ὡς ante ἀπὼν a cl. occ. abest, et vereor, ne ea particula e linea sequente iterata a quopiam librario super γάρ posita sit, quoniam subscriptum vocabulum γάρ in nonnullis codd. excidit, in Vulg. vero et Ambrosiastro et γάρ et ὡς omissa deprehenduntur. Sed ubi duarum vocum modo alterutra, modo utraque desideratur, modo una cum altera conjungitur, inest interpolationis vestigium, quod hic jam Griesb. odoratus est.

4. Memoratu dignum est, quod in uno 108 pronomen ἡμῶν omittitur, quo proscripto de spiritu sancto intelligendum erit, qui cœtui eorum interfuturus sit.

occ. v. 7]ȣν abest 110. 111 c. cl. occ. adest in cæteris. v. 9 συναναμίγνυσθε 106. 108. 111, itidem v. 11 ita exstat in 106. 108. v. 10 ὠφείλετε 109 c. cl. occ. v. 11 νῦν 106. 108 c. al. εἰ Marcc. c. plur. v. 13 κρινεῖ 106 108. 110 c. cl. or. κρίνει 109 c. cl. occ. † καὶ ἐξαρεῖτε omn. c. plur., sed 109 habet: καὶ ἐξαρεῖ.

K. ϛ'.

v. 1 † ἐξ ὑμῶν 109 c. A et al. v. 2 ἢ ȣ̓κ 109** c. cl. occ. ἢ abest 106. 108. κρίνȣσι 109 c. al. v. 5 ȣ̔́τως † καὶ 109. ἔνι omn. c. plur. v. 6 Pro μετὰ-ὑπὸ 109. v. 7 ȣ̓̃ν abest 108 c. 3 et al. ἐν abest a Marcc. c. plur. κρίμα 109. διατί ȣ̓χὶ μᾶλλον ἀδικεῖσθε abest 109. διατί ȣ̓χὶ

---

10. καί ante ȣ̓ ab uncialibus omnibus abest, et sane inepte copulat, quum comma 10 ad explicationem epistolæ prioris deperditæ pertineat. Iidem codd. καί pro ἢ ante ἅρπαξιν ponunt, et veri simile est, ἢ ex v. 11 invectum esse. Suspicor, postquam aliquis censor orientalis ad ἢ ἅρπαξιν in margine ex libro antiquiore notasset: γράφ. καί, alieno loco a librariis καί insertum esse. Eadem cl. or. v. 13 καί male addidit. — Paullo post præsens ὀφείλετε præferendum duco, cf. c. 7, 14.

12. Post κρίνετε dele signum interrogationis, quo duriores ellipses evitentur. Particula ȣ̓χί vim exprobrandi habet, ut nos dicimus: sogar nicht einmal. Sic Hesychius interpretatur: ȣ̓χί· ȣ̓δαμῶς, ȣ̓ δῆτα.

C. VI.

8. καὶ τȣ̃το cl. occ. habet, quod quidem sæpius quam καὶ ταῦτα sensu *et quidem* frequentatur: Rom. 13, 11. 1 Cor. 6, 6 Eph. 2, 8 Philipp. 1, 28. Ex Bengelii sententia τȣ̃το ex v. 6 ortum est; possit contra ταῦτα ex v. 11 originem duxisse. Opportune Rosenmüllerus Josephum Ant. XV, 5, 3 καὶ ταῦτα sensu *et quidem* adhibentem laudavit. Addo Platon. Gorg. p. 487 B: καὶ ταῦτα περὶ τῶν μεγίστων, ibid. p. 492 C 508 A alibi.

μᾶλλον ἀποστερεῖσθε abest 108. v. 8 τοῦτο 109 c. cl. occ. v. 9 βασιλείαν Θεοῦ omn. c. cl. or. v. 14 ἡμᾶς Marcc. c. plur. ἐγερεῖ 109. v. 15 ἄρα 106. 108*. 110**. ἆρα 109 c. al., qui et alibi ita circumflectit: sed ἄρας 108** 110*. 111. v. 16 ἢ abest 108 c. al. v. 18 ὃ ἂν 106. v. 19 τὰ σώματα 109 c. plur., ibique Vulg. *corpora vestra*. v. 20 καὶ ἐν τῷ πνεύματι ὑμῶν, ἅτινά ἐστι τοῦ Θεοῦ abest 109 c. cl. occ., adest in ceteris.

K. ζ'.

v. 1 μοι abest 109 c. 46 et al. v. 3 ὀφειλομένην εὔνοιαν omn. c. cl. or. v. 5 σχολάζητε τῇ νηστείᾳ καὶ omn. c. cl. or. Vulg. in 109 habet *jejunio* a recentiore

---

9. Θεοῦ βασιλείαν, ita Griesb. perpauca documenta occid. secutus ordinem invertit. Potius vero censores alexandrini absonum concursum vocalium Θεοῦ οὐ evitaturi, quam librarii respectu versiculi 10 habito a vero declinasse videntur.

20. De additamento, quod in cl. or. reperitur, Bengelius scite comparavit Gregorium Naz. Or. VI., qui similiter Rom. 12, 1 post verba τὰ σώματα addidit καὶ τὰς ψυχάς. Equidem suspicor, locum parallelum c. 7, 34 ansam præbuisse annotatori.

C. VII.

5. Additamentum τῇ νηστείᾳ καί judice Bengelio ex Matth. 17, 21 irrepsit, ad quem locum v. nostram notam.

13. Cl. occ., ne pronomen αὐτός ter repeteretur, elegantiæ gratia loco αὐτός - οὗτος, et loco αὐτὸν - τὸν ἄνδρα correxisse videtur, probante Griesb.

16. Verba εἰ μὴ ἑκάστῳ ὡς ἐμέρισεν ὁ κύριος, ad comma 16 pertinent, punctoque post ea distinguendum: ita in pluribus libris scriptis est, in Marc. 109 voce ἕκαστον etiam aliud caput, scilicet XXXVI, incipit. Namque particula εἰ μή semper excipit seu excludit aliquid præcedens, et errant, qui nonnunquam pro conjunctione mere adversativa habent,

manu. Pro ἦτε-συνέρχεσθε 106. 109. 110 c. cl. or. συνέρχησθε 108. 111. 1 c. al. πειράζει 106. v. 7 χάρισμα ἔχει omn. c. cl. or., sed 111* ἔχῃ. v. 8. ταῖς ἀγάμοις 109 c. al. v. 13 Pro αὐτόν-αὐτήν 106. v. 16 sq. ἐμέρισεν ὁ Θεός-κέκληκεν ὁ κύριος omn. c. cl. or. v. 17 ἕκαστον γὰρ ὡς 109. οὕτως περιπατ. idem. v. 18 τίς bis 106

---

tanquam sit ἀλλά. Sin cum editionibus vulgaribus post ἐμέρισεν ὁ κύριος commate interpunxeris, frigidus existet sensus et pæne repetitio verborum proxime sequentium. Contra optime ita procedit sententia: tu non cogito conjugem christianismi expertem ad matrimonium retinendum; nescis enim, an salvum eum facturus sis, *nisi* prout quemque dominus adjuverit. Post vero rem paullo diversam attingit, ut quisque in pristina vitæ conditione remaneat. — Quod autem transpositionem vocum κύριος et Θεός attinet, incertum est, utrum cl. occ. ὁ κύριος ex c. 3, 5, an cl. or. ὁ Θεός e locis parallelis Rom. 12, 3 2 Cor. 10, 13 correxerit. Bengelius certe κέκληκεν ὁ Θεός, quemadmodum cl. occ. annuente Griesb. habet, ex v. 15 ortum arbitratus est.

29. Verba ὅτι ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τὸ λοιπόν ἐστιν, parenthesi includenda, et ἵνα ad φημί referendum duco; æque ac c. 8, 1 ὅτι non enuntiat quæ sciamus, sed *nam* vertendum est, et demum v. 4 alterum ὅτι ad οἴδαμεν pertinet. Nequeo enim vulgarem explicationem sectari, qua ἵνα tanquam adverbium temporis sensu *quando* accipitur, ita ut in sequentibus rerum omnium conversio describatur. At præsens conjunctivi ὦσι potius cohortationem apostoli quam expositionem temporum futurorum innuit. Tum contextus cum commate 32 docet, superiore oratione prohiberi, quo minus secunda seu adversa fortuna, seu possessiones solicitudinem ullam facesserent. Denique si hæc esset sententia, vitæ conditionem mox in contrariam mutatum iri, ne-

109, qui etiam bis post ἐκλήθη signum interrogandi apponit. v. 24 τῷ ante Θεῷ abest a Marcc. c. plur. v. 29 ὅτι ὁ καιρὸς 106. 108*, abest ὅτι ab 109. 110 c. fam. afr. τὸ λοιπὸν συνεσταλμένος ἐστί. 106. v. 32 ἀρέσῃ 109 c. cl. occ., sic et v. 33, sed v. 34 ἀρέσει. v. 34 καὶ μεμέρισται. Καὶ ἡ γυνὴ ἡ ἄγαμος καὶ ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος μεριμνᾷ 109 c. fam. afr. Μεμέρισται καὶ 106. 108. 110**

---

scio an dixerit ὡς οἱ μὴ ἔχοντες – ὡς οἱ μὴ κλαίοντες κ. τ. λ. Nimirum ita hæc docti interpretantur: flentes pares erunt felicibus, ementes nihil possidentibus. Quoniam articulus deest, οἱ κλαίοντες et μὴ κλαίοντες iidem putandi sunt, atque ὡς non continet comparationem personarum diversarum. — Conjunctionem ὅτι, quam Bengelius ex c. 15, 50 illatam credidit et Griesb. omisit, sensu requirente e gravissimis documentis fam. lat. et cl. or. in textum revocare oportet.

34. καί post μεμέρισται, quod in editionibus Erasmi, Elzeviriana et Griesb. cum perpaucis codicibus deterioris notæ repugnante contextu prætermissum est, e pæne omnibus libris manu scriptis (et Bas. 1) præeunte Bengelio restituendum. Varietas lectionis hujus loci inde maxime orta esse videtur, quod lectores verba ἡ παρθένος ἡ ἄγαμος junctim acciperent; quare γυνή et παρθένος ad μεριμνᾷ referebantur, ideoque μεμέρισται suppleta copulativa καί antecedentibus jungebatur. Post sensu postulante verba ἡ ἄγαμος ordine mutato post ἡ γυνή ponebantur, ut sit mulier vidua, quemadmodum Aethiops vertit; alii vero, ut noster 109, et hoc et suo loco verba ἡ ἄγαμος retinebant.

36. γαμείτωσαν a fam. lat. in γαμείτω mutatum. Similiter autem pluralis usurpatur 2 Thess. 3, 6 1 Tim. 2, 15.

38. Pro καὶ ὁ oppositionis gratia ὁ δέ correctum, ut alibi Rom. 13, 12. 14, 3.

39.

Theodoret. in 113 c. fam. lat. v. 35 εὐπάρεδρον 109 c. plur. εὐπρόσεδρον cet. c. al. v. 36 νομίζεις 109. † καὶ οὐχ ἁμαρτάνει 109. v. 37 ἑδραῖος ἐπὶ τῇ 106. τοῦ ante τηρεῖν abest 106. 108 c. fam. afr. v. 38 ἐκγαμίζων † τὴν ἑαυτοῦ παρθένον, καλῶς 109 c. cl. occ. ὁ δὲ μὴ ἐκγαμίζων omn. et Theodoret. in 113 c. cl. or. v. 39 δέδεται † νόμῳ omn. c. plur. † καὶ κοιμηθῇ 108. 110. 111 c. plur. αὐτῆς ante ἐλευθέρα abest ab omn. c. plur.

K. η'.

v. 2 δέ abest 109 c. f. afr. Pro εἰδέναι-εἶναι 109 c. al. οὔπω ἔγνω absque οὐδὲν 109 c. cl. occ. v. 5 † τῆς γῆς omn. c. cl. or. v. 6 αὐτοῦ † καὶ ἓν πνεῦμα ἅγιον, ἐν ᾧ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς ἐν αὐτῷ 109, ibique Vulg. a sec. manu idem additamentum habet. v. 7 συνηθείᾳ 109 c. fam. afr. συνειδήσει ceteri c. plur. v. 8 ὑμᾶς 108 c. al.

---

39. νόμῳ, quod a gravissimis testibus abest, e loco parallelo Rom. 7, 2 insertum esse Bengelius recte censuit. Mox αὐτῆς ante ἐλευθέρα, quod e proximo in vulgaribus editionibus iteratum, tolle.

C. VIII.

2. δέ ante τις auctoritate fam. afr. probante Griesb. ejiciendum, quod hoc comma præcedenti neutiquam est contrarium, sed amplificat verba: ἡ γνῶσις φυσιοῖ. Oppositum vero est v. 3, ubi bene δέ legitur, unde etiam in v. 2 irrepsisse videtur.

7. συνηθείᾳ, quod etiam Griesb. placuit, e fam. afr. edendum. Nihil enim dicunt verba: τῇ συνειδήσει τοῦ εἰδώλου. Nimirum qui tanquam immolatitiis vescuntur, eos idoli conscios esse, per se intelligitur. At emendata in eum modum lectione, scite ratio redditur, cur quidam immolatitiis se vesci sibi persuadeant, scilicet pro consuetudine idoli, a pueris animo impressa.

C. IX.

1. ἐλεύθερος - ἀπόστολος, ita fam. afr. cum interpretibus excepto Italo transponit, quod Griesb. cum

K. θ'.

v. 1 οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος; οὐκ εἰμὶ ἐλεύθερος; omn. c. cl. or. v. 9 νόμῳ μωσέως 110 c. al. v. 10 τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι omn. c. plur. v. 12 ἐξουσίας ὑμῶν omn. c. cl. or. v. 13 προσεδρεύοντες omn. c. cl. or. v. 15 οὐδενὶ ἐχρησάμην 109 c. cl. or. μᾶλλον abest 108*. ἀποθανεῖν μᾶλλον 106. ἵνα τίς οὐ μὴ 109. v. 16 οὐκ γάρ

Vatero adoptavit. Quoniam vero codex 71, cujus editionem nonnunquam familiæ afr. archetypum repræsentare in prooemio docuimus, verba οὐκ εἰμὶ ἀπόστολος omittit, inde transpositio originem ducere videtur. Quæ enim prætermissa et post in margine notata erant, alieno loco in textum venire solita sunt. Unde vero explicatur omissio? Quod utrumque comma verbis οὐκ εἰμί incipit, quæ in medio interposita erant, a properante librario, ut fieri solebat, neglecta sunt; quemadmodum c. 10, 3 in cod. 109 factum esse videmus. Cum autem in cod. 71 non verba ἐλεύθερος οὐκ εἰμί, sed ἀπόστολος οὐκ εἰμί excidissent, ideo posteriora verba in exemplari antiquiore quam cod. 71 medium occupasse censenda sunt, atque ordo a cl. or. et fam. lat. exhibitus pro vero habendus.

Commata 2 et 3 parenthesi include. Continent enim annotationem ad præcedentia: τὸ ἔργον μου ὑμεῖς ἐστε.

9. Lectionem codd. D*FG οὐ κημώσεις Griesbachius merito ut non spernendam notavit, quia Hesychius et Cyrillus in Lexico ms. κημώσεις glossa φιμώσεις interpretantur.

10. Pro τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ μετέχειν ἐπ' ἐλπίδι Griesb. auctoritate fam. afr. ductus ἐπ' ἐλπίδι τοῦ μετέχειν recepit, quod quidem facilius intellectu quam verius videtur. Vereor enim ut quisquam verba τῆς ἐλπίδος αὐτοῦ, quæ sane obscurius dicta, explicationis gratia addiderit, nedum inverso ordine. Sed cum

109 c. cl. occ. ceteri καὶ δέ. v. 18 τί 109. ἐν τῷ εὐαγγελίῳ abest 109. v. 19 γὰρ abest 108*. Pro πλείονας-πάντας 109 c. 46. v. 20 μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον adest in 109 c. cl. occ., abest a ceteris. v. 21 κερδανῶ τοὺς ἀνόμους 109 c. cl. occ.

---

codd. D*FG atque interpretes Italus et Sahidicus: τῆς ἐλπίδος αὐτῦ (sive αὐτοῦ) μετέχειν omisso ἐπ' ἐλπίδι, habeant, perspicimus originem corruptelæ in fam. afr. obviæ. Namque ἐπ' ἐλπίδι, quod exciderat, ex antiquiore exemplari margini adscriptum, alio atque alio loco inserebatur: ab uno ante μετέχειν, a Slavo ante τῆς ἐλπίδος, ab aliis ἐπ' ἐλπίδι supra τῆς ἐλπίδος intra lineas scriptum esse videtur, cujus rei vestigium in lectione codicis 46 superest, inepte ita exhibentis: τῆς ἐπ' ἐλπίδος αὐτῦ μετέχειν, ab alio hinc id, quod infra scriptum erat, omittebatur, ut unus codex Slavi habet ἐπ' ἐλπίδι αὐτῦ μετέχειν. Idque membranæ alexandrinæ et inde pendentes translationes amplexæ, αὐτῦ sensus gratia in τῦ corrigebant, seu prorsus ejiciebant. Itaque cum omnem istam discrepantiam lectionum explicare volueris, aut ἐπ' ἐλπίδι male e præcedentibus assutum arbitraberis, (dummodo verba ὁ ἀλοῶν τῆς ἐλπίδος, αὐτῦ μετέχειν, argutum interpretem invenerint,) aut ἐπ' ἐλπίδι male ab antiquo librario omissum ab universa cl. or. recte legi censebis. Cæterum ex Italo et Ambrosiastro pro vulgari αὐτῦ reciprocum αὑτῦ excudi jubeto.

13. παρεδρεύοντες loco προσεδρεύοντες e codd. uncialibus omnibus rescribe, quo magis vocabulo εὐπάρεδρος c. 7, 35 respondeatur.

15. Observanda est omissio adverbii μᾶλλον in 108*, ejusque hinc orta transpositio in cod. 106. Ita enim quoque in LXX et Matth. 18, 8 Luc. 15, 7 17, 2. 18, 14 ἢ elliptice pro μᾶλλον ἢ usurpatur. V. Schleusner. Lex. I p. 1025.

K. ί.

v. 1 ὐ θέλω δὲ omn. c. cl. or. v. 2 *sub Moyse* Vulg. in 109. ἐβαπτίσθησαν 109 c. cl. occ. v. 3 abest 109. v. 7 Pro ὡς - ὥσπερ 106. 108. 110. 1 c. plur. ὡς habent 109. 111. v. 9 κύριον 109 c. 46 et al. Χριστὸν ceteri. καὶ prius abest 109 c. cl. occ. v. 13 Pro πιστὸς - δυνα-

---

20. Verba μὴ ὢν αὐτὸς ὑπὸ νόμον, dubium est, utrum a cl. or. ob homœoteleuton exciderint, ut Griesb. censuit, an a cl. occ. ad analogiam commatis sequentis judice Bengelio illata sint.

22. τά ante πάντα a cl. occ. male omittitur: v. hunc usum loquendi Gal. 3, 22, ubi codd. F G pariter τά ejecerunt.

C. X.

1. Pro δέ omnes unciales γάρ habent, quod Griesb. edidit. Neque vero cum Bengelio arbitror, e Rom. 1, 13 δέ irrepsisse, cum Paulus, qui sæpius ea formula cum particula γάρ juncta utitur, nusquam separatim ὐ θέλω γάρ, quod ne græcum quidem est, sed junctim semper dicat ὐ γάρ, cum alias, tum in hoc modo loquendi, v. Rom. 11, 25. 2 Cor. 1, 8. Præterea contextus postulat δέ, id quod cl. or. cum Peschito suppeditat. Namque oratio non nectitur proxime præcedentibus, sed altius repetitur, atque postquam cap. IX suo exemplo docuerat, Corinthios libertate abuti non oportere, jam c. X eam rem exemplo patrum persequitur et confirmat. Quæ vero duplex argumentatio nexu non causæ (γάρ), sed progressionis (δέ) inter se juncta est.

7. ὥσπερ, quod cl. or. cum nonnullis codd. cl. occ. pro ὡς habet, cum Bengelio scribe. Item Matth. 5, 48. 6, 16 testes cl. occ. ὥσπερ in ὡς mutaverunt.

13. ὑμᾶς ante ὑπενεγκεῖν Griesb. auctoritate cl. occ. omisit, sed Bengelius opportune observasse videtur: „facile omissum ante verbum ab eadem litera incipiens.“

λὸς 108 c. al. δύνασθαι ὑμᾶς omn. c. cl. or. v. 20 θύουσιν prima vice 109 c. cl. occ., sed altera θύει. Pro δαιμονίων - δαιμόνων 108*. v. 23 πάντα μοι bis in omn. c. cl. or. v. 24 ἕτέρου † ἕκαστος omn. c. cl. or. v. 27 δὲ abest 109 c. cl. occ. v. 28 συνείδησιν † τοῦ γὰρ κυρίου ἡ γῆ

---

20. θύουσιν bis exhibent unciales omnes; sed alias quoque in cl. occ. studium post neutra pluralia verbum in plurali ponendi reperitur: v. constructionem cum τὰ ἔθνη in lect. var. Griesb. Rom. 2, 14. 2 Tim. 4, 17 Luc. 12, 30 et in aliis formulis Gal. 5, 17. 1 Tim. 5, 25. 2 Tim. 3, 11 Matth. 6, 28. 10, 2. 13, 4. 16. 19, 13. 26, 31 Marc. 3, 11. 14, 27 Luc. 8, 33 Act. 8, 7. Vicissim pluralis in singularem corruptus esse videtur 1 Cor. 10, 11. 12, 25. Sine varietate post τὰ ἔθνη sequitur pluralis apud Lucam in Act. 11, 1 13, 48, post τὰ ῥήματα in Lucæ Ev. 24, 11.

23. μοι bis deest in cl. occ., quam Griesb. secutus est. Videtur autem Paulus eandem objectionem iisdem verbis, quibus c. 6, 12, iterasse. Primum respondit, non omnia recte facta esse, quæ pro licitis haberentur; jam vero, non omnia cum amore christiano convenire, et proximi gratia nonnunquam et a licitis temperandum esse. In ejusmodi sententiis autem eadem verba repetere solet, ut in introductione ad 3 Corinth. p. 204 sq. docui. Igitur minus credibile est, cl. or. e loco parallelo hic repetiisse μοι, quam cl. occ. abjecisse. Vereor enim, ne quis censor alexandrinus verba πάντα μοι ἔξεστιν non pro objectione alterius acceperit, et demiratus, cur ad apostolum ipsum referrentur, pronomen damnaverit.

24. ἕκαστος post ἑτέρου Griesb. auctoritate cl. occ. a textu recte proscripsit. Est enim, quantum video, illatum e Philipp. 2, 4; æque ac istinc quidam libri antiqui τό bis in τά mutarunt, et post ἀλλά addiderunt καί.

καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς 106. 108. 110 c. cl. or. abest additamentum ab 109. v. 29 συνείδησιν abest 109. δὲ abest 106. v. 30 δὲ abest ab omn. c. plur.

K. ια'.

v. 4 αὐτοῦ 109. v. 11 πλὴν οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς omn. c. cl. or. v. 15 δόξα αὐτῆς 110. 111 c. al. αὐτῇ posterius abest 106. 108. 110. 111 1. αὐτῇ δέδοται 109 c. 46 et al. v. 17 ἀλλὰ 109, idem σύνεσθε. v. 18 † τῇ ἐκκλησίᾳ 109 c. al., abest τῇ a cet. v. 21 προςλαμβάνει 106. 108 c. al. v. 23 Ἀδελφοὶ ἐγὼ 109. ὁ ante κύριος abest 110. v. 24 εἶπε· † λάβετε, φάγετε

---

28. Additamentum exeunte commate ab uncialibus omnibus codd. et plerisque interpretibus abest, quod probandum. Scilicet ad v. 26, vocabulo συνείδησιν utrinque prævio, librarius orientalis recidit, ut Bengelius vere monuit.

C. XI.

11. Membranæ unciales omnes ita transponunt: οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρὸς, οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικός, quod Griesb. recepit. Vulgata tamen et Peschito cum cl. or. faciunt, quod verius videtur. Nam particula restringens πλὴν parum apte ad eam sententiam refertur, feminam marito carere non posse, id quod jam in præcedentibus significatum erat. Imo postquam de conditione subdita mulierum locutus erat, recte subjicit: veruntamen neque vir femina, neque femina viro carere potest. Censor occidentalis verba: οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικός, eo consilio secundo loco collocasse videtur, quo arctius sequentibus necterentur, ubi de viro potissimum agitur.

15. αὐτῇ, quod in vulgaribus libris impressis post δέδοται, in aliquot scriptis et Vulgata ante δέδοται additur, consensu cl. or. et fam. lat. expungendum est.

24. Cum loco κλώμενον a nonnullis intt. διδόμενον, in codice D glossa θρυπτόμενον substituta esset, fam. afr. cum Athanasio, Cyrillo alex. et Fulgentio (ep.

omn. c. cl. or. v. 25 τῷ αἵματί μου 109 c. fam. afr. ὁσάκις ἂν πίνητε abest 109 c. al. v. 26 τοῦτο post ποτήριον abest 109 c. cl. occ., inest in cet. οὗ † ἂν omn. c. cl. or. v. 27 τοῦτον post ἄρτον abest 109 c. cl. occ., adest in cet. c. cl. or. Pro ἢ-καὶ 109 c. A 46 et al. τοῦ κυρίου ante ἀναξίως abest 108*. τοῦ κυρίου ἀναξίως † τοῦ κυρίου 110 111 c. al. τοῦ ante αἵματος abest 109 c. al., adest in cet. c. plur. v. 31 Pro γὰρ-δὲ 109 c. cl. occ. Pro διεκρίνομεν-ἐκρίνομεν 108*. 109 (in quo est ἐκρίνωμεν) c. 46 et al. v. 34 εἰ δέ omn. c. cl. or.

K. ιβ'.

v. 2 ὅτι 108* c. al. ὅτι ὅτι 108** c. cl. occ. v. 3 ἀνάθεμα Ἰησοῦς 109 c. fam. afr. κύριος Ἰησοῦς 109 c. f.

---

ad Ferrandum c. 39) participium plane omisit. Sæpenumero enim fieri solet, ut glossema una cum sincera scriptura interciderit. In sacramento vero per se obscuro ellipsis parum probabilis, et vix credibile est, eam a librariis voce exquisita eaque metonymice accipienda κλώμενον expletam fuisse; quanquam nuper Schulthessius istam omissionem externis et internis argumentis destitutam defenderit, ut somnia sua quoquo modo firmaret. Idem v. 23 lectioni παρά loco ἀπό, quam pauculi libri iique unius familiæ suppeditant, male patrocinatur in libro suo eucharistico. Directo de manu in manum traditur quippiam παρά τινος, id quod auctoris sententiæ h. l. haud convenit. Similiter Luc. 4, 15 et alibi nonnulli codices ὑπό in παρά depravarunt.

26. τοῦτο et ἂν post οὗ in omnibus codd. uncialibus omittuntur, quod probo. Causa enim addendi magis quam omittendi apparet. Post ἄχρις οὗ cl. or. subjunctivi gratia etiam c. 15, 25 ἂν subjecit, quod non minus suspectum: cf. Gal. 3, 19. 4, 19. Rom. 11, 25, ubi ἄχρις οὗ absque ἄν.

C. XII.

12. τοῦ ἑνός post σώματος secundum cl. occ. et intt. fere omnes tolle. Propter istud additamentum

afr. v. 6 Pro ὁ δὲ-καὶ ὁ 109 e. 46 et al. Post αὐτὸς abest ἐστι 109 c. cl. occ. inest in cet. v. 10 ἄλλῳ δὲ ἑρμηνεία γλωσσῶν abest 109. v. 12 τοῦ ἑνὸς omisso τοῦ σώματος 109. τοῦ σώματος † τοῦ ἑνὸς cet. c. cl. or. v. 15 et 16 Vulg. in 109: *non ideo non est de corpore.* v. 21 δύναται δὲ 106. 108. 109 c. plur. abest δὲ 110 et a Theodcr. in 113 c. 1 et al. ὁ ὀφθαλμὸς 108. 109 110. 1. abest ὁ ab 106. v. 23 τίθεμεν 108* c. 3 et al. v. 25 σχίσματα 109 c. fam. lat.

K. ιγ'.

v. 2 οὐδέν omn. c. plur. v. 3 ψωμίσω omn. c. plur. καυθῇ 108* c. alio. v. 9 Pro γὰρ-δὲ 109 c. 46 et plur. v. 10 τὸ post τότε abest 109. v. 12 † καὶ ἐν 109 c. al.

---

intra lineas scriptum verba τοῦ σώματος in Marc. 109 interciderunt.

15 et 16. Signum interrogandi, quo vulgares editiones utrumque versiculum claudunt, præeunte Bengelio dele, Syrum, Chrysostomum, Theodoretum, codicem 109 ibique Vulgatum secutus. Etenim cum interrogative οὐ acceperis, existet sententia contraria ejusmodi: nonne propterea non est pars corporis? Tum vero alterum οὐκ potius abesset; ut dicat, nihilominus esse de corpore. Qui vero prius οὐ pro *num* sumunt, sensui quidem consulunt, sed novi aliquid fingunt, cum οὐ interrogativum nunquam non vim τοῦ nonne habeat. Cf. not. ad Rom. 10, 19.

21. δὲ, quod ab ed. Griesb. abest, non tam de industria additum, quam casu idcirco omissum fuisse videtur, quod articulus ὁ olim (jam in membrana B) excidit, adeoque ab aliis suprascriptus causa interitus voculæ δὲ infra positæ exstitit.

C. XIV.

7. ὁμῶς loco ὅμως, ut Hesychius et Phavorinus eam particulam sensu ὁμοίως scribendam docent, suadente Wetstenio excudendum. Codex A etiam Jud. v. 8 ὁμοίως depravavit in ὅμως. Gal. 3, 15 recte

ὁμῶς

K. ιδ'.

v. 7 μὴ διδῷ 106. 109. 1 c. f. lat. et cl. or. v. 13 ἵνα διερμηνεύέτω 109. v. 14 γὰρ abest 108* c. fam. lat. v. 15 δὲ prius abest 109 c. al. v. 18 θεῷ † μου omn. c. cl. or. v. 24 προφητεύωσιν 109. ἀνακρίνεται ὑπὸ πάντων abest 109. v. 25 † καὶ οὕτω τὰ 106 c. cl. or. cæteri καὶ οὕτως τά. Mox ὁ abest 109. v. 26 διδαχὴν ἔχει, γλῶσσαν ἔχει abest 109* c. al. γλῶσσαν ἔχει abest 106 c. al. inest in 108. v. 26 γινέσθω omn. c. plur. v. 27 εἴς δὲ absque καὶ 109. v. 34 ἀλλὰ 109. v. 35 ἐν ἐκκλησίαις 106. 108 c. f. lat. v. 37 τοῦ ante κυρίου abest ab omn. c. plur. v. 38 abest ab 109. v. 40 δὲ post πάντα abest ab 106 109 c. cl. or.

ὅμως sensu *atqui* scribitur. — Mox auctoritate cl. or. et fam. lat. ductus διδῷ præfero præterito δῷ, quod forte e v. seq. illatum. Similiter c. 15, 57 plures testes male δόντι exhibent. Similis varietas 2 Cor. 8, 16, ubi cl. or. et fam. lat. in δόντι recte conveniunt.

12. Loco πνευμάτων Peschito, Ambrosius, Origenes cum paucis exemplaribus ex antiquitate ad nos perlatis πνευματικῶν legerunt, quod nescio an verius sit, cum unus idemque spiritus varia dona largiatur, v. c. 12, 11. Eundem usum adjectivi πνευματικός vide c. 2, 13. Facilis autem fuit lapsus ob compendium scribendi in hoc nomine ejusque derivatis frequentatum.

38. Lectio ἀγνοεῖται pro ἀγνοείτω, quam suppeditant A* D* F G Origenes atque libri et patres latini (in quibus *ignoratur* vel *ignorabitur* legimus), multam veri speciem habet, digniorque apostolo videtur. Ita enim ἀγνοεῖσθαι sensu ignorari seu reprobari usurpatur 2 Cor. 6, 9, quemadmodum contrario γινώσκεσθαι vel ἐπιγινώσκεσθαι 1 Cor. 13, 12 Gal. 4, 9 sensu nosci seu approbari. Facile autem imperativus ἀγνοείτω e superiore ἐπιγινωσκέτω inferebatur, sicut v. 34 librarii alexandrini cum Marcione

K. ιε'.

v. 5 Pro εἶτα-ἔπειτα 109 c. A 46 et al. v. 6 ἐπάνω abest 109. v. 7 Pro εἶτα-ἔπειτα 106. 109 c. A 46 et al. v. 8 ὡσπερεὶ τῷ 106. 108. v. 14 ἄρα καὶ 108*. 109 c. cl. occ. ἡμῶν 106 (sine 108). v. 20 κεκοιμημένων † ἐγένετο omn. c. cl. or. v. 29 Pro αὐτῶν-τῶν νεκρῶν omn. c. cl. or. v. 31 ἀποθνήσκων ἢ τὴν 109. ἣν ἔχω-ἡμῶν abest 106. v. 34 Pro λέγω-λαλῶ 109 c. 46 et al. v. 36 ἄφρων 109 c. cl. occ. ζωογονεῖται 108* c. al. v. 38 αὐτῶν 109. v. 39 σὰρξ ante ἀνθρώπων abest ab 109 c. plur. ἄλλη δὲ σὰρξ κτηνῶν abest 109. v. 44 ἔστι σῶμα ψυχικὸν usque ad πνευματικόν abest 108* c. al. v. 46 ἔπειτα τὸ πνευματικόν abest 109 c. 46*. v. 49 φορέσωμεν 109 c. plur. utr. cl. v. 58 τοῦ abest 109.

ὑποτασσέσθωσαν ad instar præcedentis σιγάτωσαν finxerunt.

C. XV.

8. τῳ pro vulgari τῷ enclitice recte exhibent Chrysostomus et nostri codd. 106. 108. Ita et 1 Thess. 4, 6.

31. ὑμετέραν, ita e cod. A, pluribus aliis cl. or., Origene et Theodoreto scribendum, cum interpretatio verborum: gloriatio vestra, ita ut sit gloriatio de vobis seu propter vos, admodum dura videatur. Jam pridem interpretes antiqui lectionem ὑμετέραν explicare tentarunt, cum addendo ἀδελφοί post καύχησιν, tum tollendo ἣν ἔχω-ἡμῶν (quam rationem unus nostrorum iniit). Varietas nata vel ex itacismo, ut persæpe, vel quod subsequens singularis ἔχω haud apte plurali ὑμετέραν respondere videbatur; quanquam et antea in verbis κινδυνεύομεν et ἀποθνήσκω eadem numeri diversitas occurrit, et 2 Cor. 1, 13 5, 11 (ubi unus codicum itidem æqualitatem numeri effecit).

47. ὁ κύριος post ἄνθρωπος a fere omnibus codd. uncialibus, a pluribus intt. et patribus abest, et

K. ϛ'.

v. 1 εὐλογίας 109 in margine c. alio. v. 3 ὑμῖν 109. v. 4 πορεύσονται † οὐ ἐὰν δοκιμάσητε 108*. v. 7 ἐλπίζω δὲ omn. c. cl. or. v. 11 ἐξουδενώσει. προπέμψετε 109. v. 13 καὶ κραταιοῦσθε 109 c. cl. occ. v. 15 Στεφανᾶ † καὶ Φουρτουνάτου 109 c. 46** et al. ἔστιν 108. v. 19 πολλὰ † ἀπολλῶ καὶ ἀκύλας 109 gr. et lat. c. 46. v. 22 μαραναθά 108 110. v. 23 κυρίου † ἡμῶν 106. 108. 109 c. A et al.

---

indicium falsitatis habet, quod modo ἄνθρωπος, modo ὁ κύριος prætermissum, et diserte Marcion loco ἄνθρωπος primus substituisse κύριος traditur a Tertulliano et in Dialogo c. Marcionem, æque ac v. 45 ὁ ἔσχατος κύριος Marcioni legere placuit.

C. XVI.

7. οὐ mihi quidem valde suspectum est. Primum enim phrasis οὐ γάρ separari non solet, (nisi quod particula μέν e. g. in Homero interponitur: οὐ μὲν γάρ,) tum μόνον potius quam θέλω interponi, multo minus omitti debebat; nam si verba urgemus, contraria omnino sententia existeret, perinde ac si Paulus hac vice Corinthios visere nollet. Sin subaudiendo explicaverimus, tamen nonnihil difficultatis remanebit, quia apostolus, commate 6 consilio permanendi Corinthi dubitanter pronuntiato, nunc contrario certum propositum proferret, se eos non tantum in transitu, sed diutius visitaturum esse. Contextus denique orationis expungendum οὐ docet. Postquam enim de comitatu Corinthiorum locutus erat, convenienter aperit consilium in transitu eos visendi, ita tamen, ut non sit rapidus transitus, si spes eum haud fefellerit. Hoc modo auctor sibi constat, neque suum adventum Corinthi, sed permansionem in aliquo dubio ponit. Tum vero δέ aptius est, cujus loco codd. unciales et alibi (1 Cor. 10, 1) et hic consentiente Griesb. γάρ habent.

Ἐγράφη ἀπὸ Ἐφέσου διὰ Στεφανᾶ, (καὶ 106) Φουρτουνάτου, Κυάρτου, καὶ Τιμοθέου, στίχοι ωο. 106. 108. Πρὸς Κορινθίους πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Στεφ. καὶ Φουρτ. καὶ Ἀχαϊκοῦ καὶ Τιμοθέου, στίχοι ωο. 109. 110. 111.

---

13. Copulativam καί, quæ compendiose scripta perfacile ob sequens κ excidit, in Marc. 109 aliisque quatuor vetustis libris cl. occ. et pluribus intt. servatam restitue.

19. Additamentum Ἀπολλῶς καί in codd. 109. 46 obvium non plane spernendum videtur, cum ab antecedente voce consona πολλά æque absorberi vel in vocem πολλά corrumpi, ac inde nasci potuerit.

Πρὸς Κορινθίους δευτέρα 108. 110. Cod. 106 in principio notat: Ἐν κεφαλαίοις διαιρεῖται ἐννέα, ἐχόντων τινῶν καὶ μερικὰς ὑποδιαιρέσεις, καὶ κεφάλαια θείων μαρτυριῶν ιζ'.·.

Κ. α'.

v. 4 Pro ὑπὸ - ἀπὸ 109. v. 5 τοῦ Χριστοῦ omn. c. plur. v. 6 sq. τῆς ἐνεργουμένης ἐν ὑπομονῇ τῶν αὐτῶν παθημάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς πάσχομεν· καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν βεβαία ὑπὲρ ὑμῶν· εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως

C. I.

6 sq. In ordine verborum a codd. Marcc. exhibito conveniunt libri B 39. 46. 47. 71 familiæ afr., familia latina et classis orient., quapropter externis

καὶ σωτηρίας ita omn. c. plur., sed cod. 108* post ὑπομονῇ addit πολλῇ (quod item inveni in cd. 1), et ἡμῶν post ἐλπὶς abest ab 106; neque Vulg. in 109 agnoscit verba καὶ σωτηρίας. v. 8 θέλω 109 c. Lectionar. ἐβαρύθημεν 109. v. 9 ἐγείραντι 109 c. al. v. 11 extremo ὑμῶν 109 c. plur. v. 13 ἀναγινώσκετε ἢ καὶ

---

argumentis firmior est hæc lectio, licet relicta a Bengelio, Griesb. aliisque, ordinem in quibusdam membranis fam. afr. obvium præferentibus: εἴτε παρακαλούμεθα, ὑπὲρ τῆς ὑμῶν παρακλήσεως, τῆς ἐνεργουμένης κ. τ. λ. Sed ut ratio veterum exemplarium, ita contextus illam potius scripturam commendat. Et afflictatio, inquit, et consolatio mea vobis prodest, illa, quia meo exemplo, ut spero, ad tolerantiam communium malorum invitamini, hæc, quia non afflictationis solum, sed etiam solatiorum participes eritis. Hæc sententia, ad quam respicit τὸ συναποθανεῖν καὶ συζῆν c. 7, 3, contorquetur permutato ordine. Censores, qui verba εἴτε παρακαλούμεθα κ. τ. λ. arctius cum priore membro orationis jungenda duxerunt, iidem καὶ σωτηρίας posterius sustulerunt, ne cito iteraretur. Paulus vero sæpe eadem verba repetit, e. g. 1 Cor. 7, 2 ἑκάστη ter, 10, 1 sqq. πάντες, 15, 41 ἄλλη δόξα, 2 Cor. 12, 2 οὐκ οἶδα, Col. 1, 28 πάντα ἄνθρωπον ter. Quæ vero lectio ab Erasmo inde a secunda editione, a Stephano, ab Elsevirio aliisque recipi cœpta est: τῆς ἐνεργουμένης -- εἴτε παρακαλούμεθα -- καὶ ἡ ἐλπὶς ἡμῶν κ. τ. λ., librorum veterum auctoritate plane destituta est.

13. ἢ ante καὶ quod, quæ arcte juncta sunt, male disjungit, auctoritate codd. F G duorumque aliorum et complurium intt. f. afr. et lat. abjice, et perspicuitatis gratia ante ἃ commate distingue. Artificiosa enim est interpretatio verborum ἀλλ' ἢ ἃ ἀναγινώσκετε, ἢ καὶ ἐπιγ.: nisi ut verba, quæ legitis, sonant, vel ut ipsi cognoscitis. Ex nostra emendatione

ἐπιγινώσκεσθαι. 111. ἢ καὶ ἐπιγινώσκετε abest 109 c. al. ὅτι abest 108*. v. 14 † ἡμῶν Ἰησοῦ † Χριστοῦ 109 c. cl. occ. v. 15 ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς 106. 108. 109. 1 c. plur. ceteri πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν, omnes τὸ πρότερον. v. 17 βουλόμενος 106. 111 c. cl. occ. βουλευόμενος 109 c. cl. or. ἄρα 108 109. 111. v. 20 τοῦ θεοῦ 106 c. al. δι' abest 106 c. alio. v. 22 ὁ abest 109 c. A et al.

K. β'.

v. 1 ἐν λύπῃ πρὸς ὑμᾶς ἐλθεῖν omn. c. cl. or. et fam. afr. v. 3 ὑ abest 109. v. 5 ἀλλὰ omnes. ἵνα ἐπιβαρῶ

---

rectius ita: non alia, inquit, scribimus vobis, nisi, quæ legeritis, vera comperiatis. Sic eleganter sibi respondent verba ἀναγινώσκειν et ἐπιγινώσκειν. Eodem lusu utuntur Paulus c. 3, 2 et Lucas Act. 8, 30. Ἢ ante ἃ quia in vetustis libris (AD*) omissum erat, ideo e scholio critico alieno loco irrepsisse videtur.

15. Quod cl. or. cum fam. lat. ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς habet, id ex commate sequente ortum est. Τὸ ante πρότερον e plurimis libris manu scriptis restituendum; nam nisi ubi πρότερον transponitur, in nullo codice desiderari videtur.

17. βουλόμενος, quod Bengelius propter alliterationem ad proximum βουλεύομαι in βουλευόμενος mutatum fuisse censet, cl. occ. et Chrysostomum secutus rescribe.

18. ἔστι, ita recte est in uncialibus omnibus et intt. Vulgare ἐγένετο e commate proximo surreptum.

C. II.

5. ἀλλά pro ἀλλ' e codd. præeunte Bengelio rescribe. — Notatu dignissima et nescio an germana sit scriptura codicis 109: ἵνα ἐπιβαρῶ πάντας ὑμᾶς. Beza invitis veteribus libris comma post ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ apposuit, quem recentiores secuti sunt, eam formulam ita explicantes: *ne quid gravius dicam*; eodem sensu, quo Demosthenes in procemio orat. de corona dicit: ἵνα μηδὲν ἐπαχθὲς (seu δυσχερές) λέγω.

πάντας ὑμᾶς 109, neque 110. 111. 112 post ἐπιβαρῶ commate distinguunt. v. 9 καὶ abest 112. Pro εἰ-ὡς 109. v. 10 εἴ τι κεχάρισμαι omissis ὃ κεχάρισμαι 109 c. 46* et al. εἴ τι κεχάρισμαι, ᾧ κεχάρισμαι ceteri c. cl. or. † τοῦ Χριστοῦ 112. v. 12 τὸ μὴ εὑρεῖν με 109. v. 14 αὐτοῦ 106. 109 recte. v. 17 Pro πολλοὶ-λοιποὶ 109 c. 46 et al. κατενώπιον τοῦ omn. c. cl. or.

Neque potest negari, ἵνα μή significatu eodem Philem. 19 usurpari. Verum quid gravius dici potest, quam uno homine universam ecclesiam mœrore affectam esse? Neque sane istam superfluam parenthesin quisquam desideraret. Deinde cum secundum vulgarem scripturam et interpretationem, quam etiam Fritzsche de nonnull. poster. P. ad Cor. ep. locis Diss. II p. 16 sequitur, ἀλλά negationem οὐκ non restringat, sed confirmet, ita ut ἀπὸ μέρους non ad apostolum, sed ad Corinthios pertineat; verba οὐκ ἐμὲ λελύπηκεν commati 4 contradicunt. Fritzsche verba ἀπὸ μέρους *paullum*, et ἵνα μὴ ἐπιβαρῶ, *ne dicam multum*, interpretatur. Illud quidem Rom. 15, 24 eam potestatem habet, sed ἐπιβαρεῖν nusquam illo sensu occurrit. Omnes has difficultates amovet cod. 109: non me, inquit, contristavit nisi ex parte, ita ut omnes vos increparem. Sic apprime connectitur et cum antecedente oratione, ubi rigorem prioris epistolæ deprecatur, et cum subsequente, ubi ad veniam reo dandam hortatur. „Equidem, inquit, insons vestri mœroris sum, incestuosus homo inculpandus, qui me anxit, adeoque effecit, ut ego vos objurgando contristarem. Nolite autem acrius in eum animadvertere.“ Præterea commodius ἐπιβαρῶ ad πάντας ὑμᾶς construitur; solet enim ἐπιβαρεῖν accusativum regere, e. g. c. 12, 16. Tum id verbum secundum istam scripturam propriam suam significationem tenet, quam c. 12, 16. 1 Thess. 2, 9. 2 Thess. 3, 8 habet: molestiam alicui exhibere.

K. γ'.

v. 1 εἰ μὴ omn. c. plur. v. 2 ἐγγεγραμμένοι 112 c. Augustano 6. (Gr. 55.) Codex Uffenbachianus habet γεγραμμένοι-γινωσκόμενοι καὶ ἀναγινωσκόμενοι. Codd. 32. 45: γεγραμμένη. (Ea e notis Bengelii excerpsi,

---

Cæterum ἀλλά potestatem particulæ nisi habet etiam Matth. 19, 11. 20, 23 Marc. 9, 8 (ubi plenius ἀλλὰ μόνον, sicut alias ἀλλ' ἤ.). Particula autem μή alibi quoque (Gal. 2, 4 Matth. 8, 30) in vetustis exemplaribus perperam adjecta, et vicissim sæpe omissa reperitur; v. Bengel. ad Gal. 2, 5. Hic vero μή e loco parallelo 1 Thess. 2, 9 male comparato facile inseri potuit.

17. κατέναντι e fam. afr. et Chrysostomo, probante Griesb., recipe, collata animadversione in Act. 8, 21. — Articulum τοῦ cl. occ. secutus expunge, quod e loco parall. c. 12, 19 fluxisse videtur.

C. III.

2. καρδίαις ὑμῶν facili mutatione e membrana præstantissima 17, interprete Aethiope, libro slavonico 8 et codice latino demidoviano edendum censeo. Nam quod interpretantur ἡμῶν: quos ego ita diligo, ut nunquam non vestri sim memor, alienum et pæne ineptum esset additamentum, ubi de commendatione sui apud alios sermo est. Imo in vestris præcordiis me ministro inscripta est epistola mea commendatitia secundum versiculum 3, in vobis cognoscitur mea opera, meum meritum, mea laus. Etiam magis hoc patet e verbo φανερούμενοι, quod haud dubie ad Corinthios refertur. Quoniam vero hi manifesti omnibus sunt, ergo epistola, quæ ab omnibus hominibus legitur, in Corinthiis ipsis, non in Paulo perscripta est. Præterea linguæ leges scripturam, quam ego probo, vindicare videntur; alioqui ἐν τῇ καρδίᾳ ἡμῶν dicere debebat. Artificiosa enim esset ratio de Timotheo, qui epistolam

una

a Griesb. omissa.) Verba καὶ ἀναγινωσκομένη absunt ab 109. v. 3 ὑμῶν 109. ἀλλ᾽ 106. 109. καρδίαις 106 109. 112 c. A 46 et al. v. 6 ἀποκλέννει 109 c. al. v. 9 ὁ abest 112. v. 10 γὰρ ὁ omn. c. plur. utr. cl. εἵνεκεν 108. v. 14 σήμερον ἡμέρας 109 c. cl. occ., abest ἡμέρας ab 106. Mox ὅ, τι 110. ὅ τι 111. 112 recte.

K. δ'.

v. 1 ἐγκακῦμεν 109 c. cl. occ., ibidem in Vulg. *deficiemus*. v. 2 ἀλλὰ ἀπειπ. 109. v. 4 αὐγάσαι † αὐτοῖς omn. c. cl. or. τῦ † ἀοράτυ θεῦ 106. v. 10 τῦ κυρίυ omn. c. cl. or. sed 112 habet τῦ κυρίυ ἡμῶν. v. 12 ὁ μὲν omn. c. cl. or. v. 14 ἐξεγερεῖ 109. σὺν abest 109. v. 15 διὰ τῶν πλειόνων seqq. jungit cod. 109 recte, ut c. 1, 11. v. 16 ἐγκακῦμεν 109 c. cl. occ. v. 18 ἀλλὰ-γὰρ βλεπόμενα abest 109.

K. ε'.

v. 1 ἡ abest 112. v. 2 ἐνδύσασθαι 112 c. alio. v. 8 ἐκ τῦ σώματος, καὶ ἐκδημῆσαι abest 109. τὸν abest 108*.

---

una dederit, intelligere. Vulgaris lectio ex alliteratione proximi ἡμῶν orta, ut prius ἡμῶν in uno codicum ob sequens ὑμεῖς in ὑμῶν corrumpebatur.

14. ἡμέρας a cl. or. respectu commatis proximi habito omissum videri potest; habent unciales omnes atque intt., probante Griesb. Sed eadem cl. occ. Matth. 28, 15 post μέχρι τῆς σήμερον addidit ἡμέρας, quare neque nostro loco audienda.

C. IV.

10. κυρίυ male abest a cl. occ., consentiente Griesb., quemadmodum in ejusdem generis aliquot codd. v. 14 κύριον exoidit. Vereor, ne cum festinatio, tum similitudo proximorum verborum ἡ ζωὴ τῦ Ἰησῦ ἐν τῷ σώματι causa omissionis $\overline{KY}$ fuerit.

C. V.

3. Marcion cum fam. lat. codd. legit ἐκδυσάμενοι, quod Gr. non displicuit: sed arguta sententia ita

v. 11 πείθωμεν 109 c. 46 et alio. † ὅτι καὶ 106. ἡμῶν 106. 108. v. 12 ἀλλ' 109. v. 14 εἰ abest 109 c. cl. occ. v. 15 καὶ ὑπὲρ πάντων ἀπέθανεν abest 109. αὐτῶν † πάντων 106. v. 20 δι' ὑμῶν abest 109. v. 21 γινώμεθα 106. 109 c. al. θεοῦ δικαιοσύνη 109 c. al.

K. ϛ'.

v. 1 καὶ abest 108* c. al. v. 15 Βελίαρ omn. c. cl. or. v. 16 ὑμεῖς - ἐσμὲν 109.

K. ζ'.

v. 2 οὐδένα ἐφθείραμεν abest 109. v. 4 θλίψει ὑμῶν 112. v. 5 φόβ° i. e. φόβος 109. v. 7 Pro αὐτοῦ - τίτου

---

enasceretur. Puto vulgarem scripturam rectius menti auctoris respondere hoc modo: cupimus quidem superindui vestimento cælesti, si tamen hoc fieri poterit, dum vestiti (scilicet hoc corpore), non nudi (non mortui) simus. Sic decompositum ἐπενδύσασθαι potestatem suam habet, tanquam indui super corpus naturale, atque ἐνδυσάμενοι scite opponitur.

19. Observatu digna omissio particulæ ὡς, ut est in codd. 6. 67**. Namque ὡς ὅτι valet c. 11, 21 2 Thess. 2, 2 tanquam, quasi. Si ὡς explicationis gratia voculæ ὅτι superscriptum erat, facile irrepsit, ut Gal. 2, 11 in Armeno ὅτι † ὡς.

C. VII.

8. Post μεταμέλομαι puncto, post μετεμελόμην commate apposito, et verbis βλέπω γὰρ - ὑμᾶς parenthesi inclusis ac post ὑμᾶς commate collocato, interpretationem hujus loci multo expeditiorem fore arbitror; ita ut verba: Εἰ καὶ μετεμελόμην, νῦν χαίρω, opportune sibi respondeant.

12. Habet quidem cl. or. cum fam. lat. et pluribus intt.: ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν, non refragante Griesb.; neque insulse apostolus diceret, se studium Corinthiorum in se experturum fuisse, cum v. 11 et 14 de hoc ipso studio in Corinthiis excitato ageret.

109. Idem pro ἡμῖν - ὑμῖν. Idem μὲ omittit c. al. v. 9 ἀλλ' ὅτι ἐλυπήθητε abest 109. v. 10 ἡ δὲ τοῦ - κατεργάζεται abest 108* c. al. v. 11 τὸ abest 109. v. 12 ἕνεκεν ter 109, prima vice etiam in 106. Mox ὑμῶν τὴν ὑπὲρ ἡμῶν omn. c. 1 et plur. utr. cl. v. 13 ἐπὶ δὲ τῇ παρακλήσει ἡμῶν περισσοτέρως μᾶλλον. 109 c. cl. occ. Pro ἀπὸ πάντων - ἀπάντων 109. v. 15 ἄρτι μετὰ 108*. v. 16 Post χαίρω recte οὖν omittitur ab 108. 109 c. plur., χαίρω † δὲ habet 106.

K. η'.

v. 1 γνωρίζω 108*. 109 c. Lectionar. In cod. 109 etiam δὲ omittitur. v. 4 δέξασθαι ἡμᾶς agnoscunt 106

Recepta vero scriptura ἡμῶν τὴν ὑπὲρ ὑμῶν cum c. 2, 4 magis convenit, ubi priorem epistolam ad declarandum suum amorem in eos scriptam esse ostendit. Præterea si cum cl. or. et Millio faceremus, potius πρὸς ἡμᾶς scribi oporteret, quod tamen in solis duobus codd. reperitur. Pergit apostolus commate proximo: propter nostrum studium pro vobis integerrimum (διὰ τοῦτο) e solatio vestro ipse solatium percepi. Quapropter verba ἐπὶ τῇ παρακλήσει ὑμῶν non cum sequentibus jungenda sunt, ut perperam est in cl. occ. codd.

C. VIII.

4. δέξασθαι ἡμᾶς, quæ a pluribus utr. cl. codd. et intt. comprobante Griesb. absunt, casu antiquitus excidisse potius, quam de industria explicationis gratia addita esse puto. Item Eph. 6, 17 fam. lat. δέξασθε omisit. Neque minus Philem. 12 προσλαβοῦ, quod neutiquam abesse potest, in aliquot veteribus documentis cl. occ. desideratur. Causa omissionis patet, quia scilicet librarii occidentales crebro ordinem verborum inverterunt; unde evenit, ut quæ a posteriore censore alieno loco expuncta, et suo super linea scripta erant, deinceps ab incertis librariis omnino abjicerentur. Nec desunt hujus rei

110. 111, non habent cæteri c. 1 et plur. v. 7 *καὶ πάσῃ σπουδῇ* abest 108*. v. 9 *δι' ὑμᾶς* 109 c. al. v. 10 *τοῦ ποιῆσαι* 109. v. 12 *ἔχει* 109 c. al. *τὶ* 112 c. alio. v. 15 *ὁ πολὺ* 106. *ὁ* ante *τὸ ὀλίγον* abest 106 c. al. v. 16 *δόντι* 108*. 112. 1 c. plur. utr. cl., cæteri *διδόντι* habent. v. 17 *αὐθαιρέτως* 109. v. 19 *σὺν* 110**, qui fortasse a pr. manu c. al. *ἐν* habuit. Mox *προθυμίαν ὑμῶν* omn.

---

vestigia in locis indicatis, cum nostro loco Ambrosiaster *suscipi* ante *τὴν χάριν*, Eph. 6, 17 Armenus *δέξασθε* ante *τὴν περικεφαλαίαν*, atque Philem. 12 duo documenta verbum *προςλαβοῦ* alienis locis ponant. Errant vero, qui e transpositionibus colligunt, verba transposita semper interpolata esse. Versiculi Rom. 16, 25—27, qui in codd. parte transponuntur, in ceteris plane desiderantur, non ideo pro falsis habentur; sed ipsa transpositio idonea causa omissionis merito creditur: id quod et illic evenit.

10. Ordo verborum longe ante codicum nostrorum ætatem turbatus, a Peschito et hinc ab Arabe recte ita exhiberi videtur: *θέλειν* - *ποιῆσαι*. Superiore anno enim re vera *τὸ θέλειν* seu secundum v. 11 *τὴν προθυμίαν τοῦ θέλειν* ostenderant, quod est principium actionis, sed minus tamen ipsa actione. Potest quidem explicari textus vulgaris, sed nimis argute.

16. *δόντι* lego, cf. ad 1 Cor. 14, 7.

21. *προνοοῦμεν γὰρ καλά*, ita recte cl. occ., Chrysostomus et intt. habent. Cum Bengelio enim suspicor, vulgare *προνοούμενοι καλά* e loco parallelo Rom. 12, 17 fluxisse. Griesb. lectiones orientalem et occidentalem hoc modo male conjunxit: *προνοούμενοι γὰρ καλά*.

23. Interpunctio ita emendanda, ut ante *πεποιθήσει*, qua voce versiculus incipiat, colon, et ante *εἴτε* bis comma ponatur. Recte sic *πεποιθήσει* non ab adjectivo *σπουδαιότερον*, sed a verbo *συνεπέμψαμεν*

recte c. plur. v. 21 γὰρ abest ab omn. c. cl. or. v. 24 ἐνδείξασθαι 112. καὶ ante εἰς abest recte ab omn. c. plur.

K. θ'.

v. 1 Pro τὸ - τοῦ 109 c. al. v. 4 ἡμεῖς ἵνα μὴ λέγωμεν abest 109. ταύτῃ † τῆς καυχήσεως omn. c. cl. or. v. 5 προκατηγγελμένην omn. c. cl. or. ὡς πλεονεξίαν Marcc. c. plur. v. 8 Pro δὲ - γὰρ 109. Idem περισσεύωμεν εἰς. v. 10 χορηγήσαι καὶ πληθύναι - αὐξήσαι omn. c. cl. or. τὰ γεννήματα 106. 109 c. al. v. 13 ἁπλότητος 109.

K. ί.

v. 5 αἰχμαλωτεύοντες 108* c. al. v. 7 ἡμεῖς † Χριστοῦ omn. c. cl. or. v. 13 οὐ συνιοῦσιν. Ἡμεῖς δὲ abest a Vulg.

---

pendet. Misi, inquit, aliquos viros, confisus, vos reverentia eorum ductos eo largiores fore, sive Titi gratia, sive fratrum nostrorum (ἀδελφοί est nominativus absolutus, sed conjunctione εἴτε tanquam oppositum verborum εἴτε ὑπὲρ Τίτου satis indicatus, ita ut sit loco: εἴτε ὑπὲρ ἀδελφῶν.) Demonstrate igitur ipsis (εἰς αὐτούς) beneficum vestrum animum. Recentiores interpretes et editores puncto ante εἴτε ὑπέρ perperam distinguunt, quo facto versiculus 23 tam constructione quam sensu exsulat, nisi duræ ellipses subaudiantur.

C. IX.

4. τῆς καυχήσεως, quod a cl. occ. abest, ex loco parallelo c. 11, 17 adjectum esse recte censuit Millius, approbante Griesb.

5. προεπηγγελμένην, ut est in cl. occ. et intt., præfero vulgari προκατηγγελμένην, quod judice Bengelio ex alliteratione ad præcedens προκαταρτίσωσι potius natum, quam a correctore quopiam mutatum est. Munus sane ante promissum quam prænuntiatum huic loco convenientius est.

C. X.

13. Verba οὐ συνιοῦσιν. Ἡμεῖς δέ, quæ ob male intellectum pronomen αὐτοί intrusa et ex Matth. 13, 13

in 109 c. fam. lat. Pro ὐχὶ-ὐκ 109 c. cl. occ. ἀφικέσθαι 109. v. 14 ἀφικνύμενοι 106. v. 15 δὲ abest 109 c. al. v. 16 ὑπὲρ ἐκεῖνα 109 c. al. v. 18 ὁ post γὰρ abest 109. συνιςάνων 109 c. cl. occ.

K. ιά.

v. 1 ὤφελον 109 et 110* ut videtur c. 46 et al. ἀνείχεσθέ μυ μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ omn. c. 1 et cl. or. v. 4 ἠνείχεσθε 110 c. al. cæteri rectius ἀνείχεσθε. v. 5 γὰρ in litura positum in 109. ὑπὲρ λίαν 110. v. 6 φανερώσαντες ἑαυτὺς 108** c. alio. v. 16 κἀγὼ μικρόν τι omn. c. plur. v. 20 δαίρει 106 c. al. v. 21 ὅτι † καὶ 109. v.

---

desumta videntur, merito Griesb. improbavit, neque a textu ea proscribere dubitarem. Absunt a codd. D*FG, a bœrneriano, ab Italo et Vulgato in nostro 109, ab Hilario, Ambrosiastro, Vigilio tapsensi, Idacio, Sedulio, Tractat. de singul. Cleric. apud Cyprianum. Verba ὐ συνιῦσιν absunt a Vulgato edito, qui etiam αὐτοί v. 12 ad Paulum refert, a Lucifero calaritano, Pelagio et Fulgentio, atque a cod. 74**. Omnino contextus ea explodit. Negaverat enim apostolus v. 12, se comparaturum se esse cum aliis, quare non posset eos, qui suo se modulo metirentur, reprehendere. Imo id ipsum de se prædicat, quod in falsos doctores Corinthiorum ne conveniret quidem; ii enim non solum semet de ipsis metiebantur, sed conferri cum apostolo nequaquam supersedebant. Jam e futuro καυχησόμεθα suspicari licet, participia μετρῦντες καὶ συγκρίνοντες de Paulo intelligenda esse hoc modo: sed quamvis in nobis nosmet metientes, tamen non in immensum gloriabimur. Futurum tempus respectu antecedentis præsentis habito recte ponitur: sed incommode poneretur secundum vulgarem scripturam.

C. XI.

1. ὄφελον attice scribitur a pluribus codd. cl. occ., sed sine varietate ὄφελον 1 Cor. 4, 8 Apocal. 3, 15, quæ posterior scriptura usui adverbiali hujus

25 ἐῤῥαβδίσθην 106. 109 c. al. v. 26 ἐρημίαις 108*. v. 31 ἡμῶν post κυρίου abest ab 109. 110. 1 c. plur. utr. cl., inest in 111.

Κ. ιβ'.

v. 1 Pro δὴ-δεῖ 108 c. cl. occ. v. 2 τὸν τοιοῦτον† ἄνθρωπον 109. v. 5 μου, quod abest a nonnullis documentis, in 109 super linea est. v. 7 Vulg. in 109 agnoscit verba ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι bis: *ne extollat me.* In græco 109 secunda vice scriptum est: ἵνα μὴ ὑπεραίρω με. v. 9 μου habet Vulg. in 109. v. 11

---

verbi in n. T. magis convenit, et intt. LXX solennis est. Adde Gal. 5, 12, ubi pauci libri ὤφελον habent. — Mox μικρόν τι ἀφροσύνης e codd. BDE 17 et duobus Mosquensibus atque Vulgato recipiendum censeo, cum sensu requirente, tum quia hinc origo multiplicis diversitatis lectionum perspicitur. Namque modo τι ob itacismum in τῇ adeoque ἀφροσύνης in dativum mutatum est, quod editiones principes et Griesb. cl. or. secuti adoptabant, modo τι τῇ ἀφροσύνῃ junctim scriptum est, ut in codd. 29 et 57, modo τι ob sequentem genitivum in τῆς correctum, ut in FG, modo τι τῆς conjunctum, ut in codd. 6 et 10, Theophylacto et ed. Elseviriana, modo e scholio critico rescriptum: τι καὶ τῆς, quemadmodum Armenus vertebat.

31. ἡμῶν, quod a pluribus utr. cl. monumentis abest, tolle. Itidem c. 13, 13 plures veteres libri ἡμῶν perperam addiderunt.

C. XII.

11. καυχώμενος, quod ab uncialibus omnibus et ed. Griesb. abest, scholion videtur.

14. τοῦτο, quod Griesb. post τρίτον inseruit, a pluribus codd. cl. or. abest, et ex c. 13, 1 translatum videtur, sicut vicissim plures eorum codd., qui hic τοῦτο habent, illuc ex hoc loco ἰδοὺ et ἑτοίμως ἔχω ἐλθεῖν traxerunt, quo minus dubia esset interpolatio. Idcirco nonnulli τοῦτο ante τρίτον posuerunt.

ἄφρων † καυχώμενος omn. c. cl. or. v. 14 τοῦτο post τρίτον abest 106. 110. 111, 1 c. cl. or., adest in 109. 112. ἀλλὰ ὑμᾶς 106. 109. 112. v. 17 Pro ὧν-ὃν 106. v. 18 Τίτον 106. 109. v. 19 λαλοῦμεν· τὰ δὲ omn. c. plur. v. 21 ταπεινώσει 106. 109. 112. με post hoc verbum nullus Marc. repetit.

K. ιγ'.

v. 1 † Ἰδοὺ, τρίτον 109 c. A et al. v. 2 Pro ἀπὼν-ἀγαπῶν 106. νῦν † γράφω omn. c. cl. or. εἰς τὸ πάλιν cod. 109 cum seqq. jungit. v. 3 ἀλλ' ἀδυνατεῖ 106. v. 4 γὰρ posterius abest 112 c. al. ante ἡμεῖς nullus agnoscit καί. Mox † τοῦ Θεοῦ εἰς ὑμᾶς 110 (sine 111). v. 7 ἡμᾶς μηδὲν κακὸν 109. v. 9 γὰρ abest 108* c. al. v. 13 ἡμῶν 112. ἀμὴν omn. c. plur.

['Η 106. 108. 111] πρὸς Κορινθίους β' [ἐπιστολὴ 106 108] ἐγράφη ἀπὸ Φιλίππων διὰ Τίτου [Βαρνάβα 106. 108] καὶ Λουκᾶ: Codd. Marcc. omn. στίχοι φῦ 106. φλ 109.

Demonstrativum vero tantum c. 13, 1 locum habet, quod ibi jam antecedente commate adventus apostoli mentio facta erat.

16. Apposito post ἔλαβον puncto interrogandi, malo pro verbis apostoli, quam obtrectatorum accipere, quod eorum objectio, qualis vulgo creditur, commate sequente confutanda erat, ibi autem aut non aut male infringitur. Namque qui emissarios non subornat, ideo nondum suspicione doli vacat; potest enim alia quoque astutia uti. Rectius itaque procedere videtur oratio, si interrogatio generalis in specialem transeat, ita ut commate 17 non ad præcedens respondeatur, sed quæ prius dicta, pluribus exponantur.

C. XIII.

2. γράφω ex auctoritate cl. occ. præeunte Griesb. tolle; nam e v. 10 irrepsisse videtur. Loco γράφω consimili verbo λέγω interpres Copticus supplevit.

C. I.

Πρὸς Γαλάτας. 108. 110. 112. Πρ. Γ. ἐπιστολή. 109.

Κ. α'.

v. 3 ἡμῶν. καὶ κυρίου Ἰ. Χ. 112 c. al. v. 4 περὶ τῶν 106. ὑπὲρ 109 (sed puncto notavit) 112 c. al. v. 5 τῶν αἰώνων abest 108. 109 c. al. v. 6 ταχέως abest 109. εὐαγγέλιον abest 106. v. 8 εὐαγγελίζεσθαι 109 c. al. v. 9 προείρηκα 108* c. al. προειρήκαμεν † ὑμῖν 109 gr. et lat. v. 10 ἢ τῷ Θεῷ 109, qui cum seqq. jungit. v. 12 ἐγὼ abest 108*. v. 15 καλέσας † με 109, idem v. 17 ἀλλά, idem v. 18 ἔμεινα. v. 21 Pro εἰς - ἐπὶ 109. καὶ τῆς Κιλικίας abest 109 c. alio. v. 22 τῷ abest 108*. † ἐν τῷ προσώπῳ 109. τῆς ἐν Χριστῷ 108*. 109.

Κ. β'.

v. 5 διαμένῃ 112 cum A 47. 55 (quod Griesb. haud observavit). v. 9 ἡμεῖς μὲν 106. 108 c. plur. utr. cl.,

---

C. I.

4. Promiscue quidem apostolus utitur præpositionibus περί et ὑπέρ, e. g. εὔχεσθαι περί τινος Eph. 6, 18. 2 Thess. 1, 11 Col. 4, 3, sed ὑπέρ τινος Col. 1, 9; εὐχαριστεῖν περί et ὑπέρ τινος, v. not. ad Rom. 1, 8. Nostro autem loco περί, quod est in codd. utr. cl. et in cd. 1 deprehendi, cum Griesb. præfero; quoniam ii libri, qui Eph. 6, 18 Col. 1, 3 περί in ὑπέρ mutarunt, hic constanter περί exhibent, eoque minus suspecti sunt. Etiam Rom. 8, 3. 1 Petr. 3, 18. 1 Joh. 2, 2 περὶ ἁμαρτίας seu ἁμαρτιῶν legitur.

18 et II, 11. 14. Hebraicum genus loquendi Κηφᾶς e fam. afr. et ex intt. excepto Italo, non reprobante Griesb., restituendum videtur. Nam ubi forma græca Πέτρος occurrit c. 2, 7. 8, nullus codex Κηφᾶς correxit; contra ubi a plurimis Κηφᾶς exhibetur v. 9, ibi fam. lat. Πέτρος interpolavit.

C. II.

1. διὰ τεσσάρων ἐτῶν cum Chronico alexandrino, ut videtur, cum Semlero, Bertholdto et Kuinœlio

K. γ'.

v. 1 ἐβάσκηνε 106 c. al. ἐβάσκ. † τῇ ἀληθείᾳ μὴ πείθεσθαι omn. c. cl. or. ἐν ὑμῖν abest a Vulg. in 109 c. fam. afr. v. 5 συνεργῶν 109. v. 7 οἱ υἱοὶ 106. Ἀβραάμ υἱοί 108* ut videtur. v. 8 δὲ † καὶ 106 sine 108. ἐνευλογηθήσονται 106. 109 c. plur. v. 10 ὅτι ante ἐπικατάρατος abest ab omn. c. cl. or. Pro ἐν - ἐπὶ 108. τοῖς προγεγραμμένοις

---

qui observante eodem Bengelio eo pluris habendus, quia in hanc epistolam hypomnema, non homilias edidit. Vicissim c. 5, 7 nonnulli libri ἐβάσκανε hinc transtulerunt pro ἐνέκοψε.

10. ὅτι ἐπικατάρατος habent unciales omnes, et v. 13 tantum non omnes cum Irenæo ὅτι γέγραπται. Quos sequor, non enim video, cur γάρ in ὅτι mutatum sit, sed bene intelligo, hoc in illud ob locum parallelum v. 10 conversum, et vicissim ὅτι v. 10 propter locum parall. v. 13 expunctum esse.

12. ἄνθρωπος ex auctoritate cl. occ., intt. et Chrysostomi præeunte Griesb. tolle, quod Millius ex LXX 3 Mos. 18, 5 injectum censuit.

17. ἔτη Griesb. unciales omnes secutus post τριάκοντα posuit. Imo vero ante τετρακόσια ob similitudinem literarum absorptum, alieno post loco injectum est.

20. D. Lücke (Studien und Krit. von Ullmann und Umbreit T. I Fasc. I. 1828), novissimis intt. hujus perobscuri loci merito reprobatis, de extricanda difficultate desperans, ad ultimum remedium confugit, desecandum esse totum versiculum ut peregrinum scholion ratus. Keilius et Schleiermacherus (in Usteri Entwicklung des paulin. Lehrbegr. p. 86) εἷς pro μόνος acceperunt, subaudientes, Deum in promissione per se solum, benignitate sponte sua motum, agere, contra Mosen ut mediatorem inter Deum et populum legem pepigisse. Winerus in Comment. in Pauli ep. ad Gal. Exc. III p. 140 una

109. v. 12 αὐτὰ † ἄνθρωπος omn. c. cl. or. v. 16 ἐῤῥέθησαν 106. 109. ἐῤῥήθησαν 108*. 110. 111. ἐῤῥέθεισαν 112. v. 17 *in Christo* Vulg. in 109 c. Itala. Mox ἔτη τετρακόσια καὶ τριάκοντα omn. c. cl. or. v. 19 προσετέθη omn. c. plur. utr. cl. Pro ᾧ-ὃ 109 c. 46 et al. διαταγῆς δι' 109, unde Cyrillus et Slavus ms. διαταγῇ demto δι'.

---

cum Aethiope interprete εἷς sensu ἕτερος intellexit, explicans, alteram partem fœderis mosaici Deum, alteram populum hebræum esse, adeoque legi obstrictum. Schmiederus (in nova interpret. loci Paulini Gal. 3, 19. 20) maxime contrariam argumentationem statuit hoc modo, quia mediator non unius esset, Deus autem unus, illum non Dei esse ministrum, adeoque legem abrogatam esse. Ego vero non obelo, sed recta interpretatione usus, rem ita expedire mihi videor. Mediator legis et Deus auctor promissionis Abrahami in Chr. impletæ sibi sic opponuntur: notio mediatoris, qui non uni contingit, jam discrepantiam quandam (scilicet inter Deum et homines) adesse innuit, sed Deus est unus, cui homines ad divinam unitatem consensumque revocandi neque voluntas nec facultas deest; id quod per legem non licitum est, quippe quæ dissensum declaravit et auxit. Igitur a singulis auctoribus et legis et Evangelii huic summa dignitas conciliatur et repetitur præ illa, cum mediator in dissidiis officio fungatur, Deus autem ad unitatem tendat. In eo autem mea ratio a Schleierm. discedit, quod hic Deum in promissione *solum agere* a socio alienum, equidem Deum in promissione et Evangelio *unum esse* ab omni discrepantia abhorrentem interpretemur. Hæc sententia, quando verborum vis spectatur, et veritate et simplicitate commendatur (nullo enim vocabulo sua potestas subtrahitur, nulla opus est ellipsi, nisi forte post ὁ δὲ θεός levissima ὁ ἐπαγγείλας); quando ipsa per se ponderatur, et gravitate

K. ε'.

v. 1 τῇ ἐλευθέρα 112. ἦν post τῇ ἐλευθ. agnoscunt omn. c. cl. or., sed Vulg. in 109 ἦν post στήκετε ponit. Mox μὴ abest 111. ἀνέχεσθε 109 c. al. v. 2 ἴδε 110. 111. v. 7 ἐνέκοψε Marcc. c. plur. v. 10 † δὲ πέποιθα 106 109** c. al. v. 11 δέ abest 108*. v. 12 ὄφελον 109. 110* c. al. v. 13 γὰρ ἐλευθερίαν ἐκλήθητε 109, idem ἀλλήλους.

---

corrigebant modo latino: ῇ ἐλευθερίᾳ ἡμᾶς Χριστὸς ἠλευθέρωσε, στήκετε οὖν. Minime vero probandum, quod Griesb. invitis codd. οὖν et post ἐλευθερίᾳ et post στήκετε omnino omisit.

14. Ubicunque formula: ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς ἑαυτόν, occurrit, 3 Mos. 19, 18 Matth. 22, 39 Marc. 12, 31 Rom. 13, 9 Jac. 2, 8 (ubi v. not.) et nostro loco, veteres codices inter sese dissident, alii ἑαυτόν, alii σεαυτόν exhibentes. Sed haud scio, an in trita locutione modo hoc, modo illud scribendum sit, sicut Griesb. Rom. 13, 9 ἑαυτόν et hic σεαυτόν legens parum sibi constitit. Diversitas vero minus ex comparatione locorum parallelorum orta esse videtur, quam ex litera finali particulæ ὡς ad ἑαυτόν tracta, perinde ac noster 109 e. g. Rom. 10, 9 ἐν τῇ καρδίας σου oscitanter scripsit. Plurimi autem libri Rom. 13, 9 et h. l. omnes Marcc. excepto uno 106 cum permultis aliis ἑαυτόν habent, quam scripturam doctiorem præfero.

23. Res notatu digna est, quod Theodoretus ms. loco κατά legit καί. Ita opportuna sententia existeret, quæ 1 Tim. 1, 9 his verbis proponitur: δικαίῳ νόμος οὐ κεῖται, atque respiceret, quæ v. 18 dicta erant, Galatas non subditos esse legi, sed Christi esse, ut v. 24 subjicitur, et inde officia sponte præstanda esse sine legis imperio colligitur. Id vero hic agit apostolus, ut Galatas a lege omnino, non a legis damnatione (κατά) solvat: c. 4, 9 sq. 5, 2. 4. 6, 12. Sic etiam arctius necteretur comma 23 cum sequentibus.

v. 14 Pro νόμος-λόγος 109 c. al. ὡς ἑαυτόν 108*. 109. 110 111. 112. 1 c. cl. or. v. 17 ἀντίκειται ἀλλήλοις omn. c. cl. or., sed 106 ἀντίκεινται c. al. v. 19 μοιχεία, πορνεία omn. c. cl. or. et fam. lat., sed cod. 109 habet hæc nomina tantum in margine. Mox ἀσέλγειαι 112, qui deinceps εἰδωλολατρεία usque ad ἐριθεῖαι omittit. v. 20 ἔχθρα, ἔρις 108. v. 21 φόνοι. φθόνοι 112. v. 22 Vulg. in 109 meliore ordine quam edita ita legit, ut, quid scholion sit, accuratius distinguatur: *patientia*, *longanimitas*, *bonitas*, *benignitas*, *mansuetudo* etc. v. 25 στοιχοῦμεν 108* c. al. v. 26 ἀλλήλους bis 109 c. al.

K. ϛ'

v. 1 προσληφθῇ 109 c. al. v. 4 αὐτοῦ 108*. v. 7 γάρ abest 106. v. 10 ἐργαζόμεθα 109 c. A et al. v. 13 Pro

---

tibus. Qui, inquit, fructum spiritus ferunt, ad eos quidem lex non pertinet, sed Christus; attamen non contra legem vivunt, sed carnem crucifigunt, et spiritu viventes, spiritu quoque ambulant. Facilis vero permutatio particularum κατά et καί; ita illa pro hac ponitur in uno cod. Mosquensium Col. 4, 1, ubi sequens vocabulum perinde atque hic litera τ incipit; Act. 17, 25 plurimi libri habent κατά pro καὶ τά. Vicissim Rom. 4, 4 et Eph. 1, 7 unus Marcianorum καί pro κατά, et sic plures codd. 2 Tim. 4, 1 (male assentiente Griesb.) 2 Petr. 2, 12. 3, 13 Luc. 6, 23 exhibent; plures item Act. 5, 15 κατά in καί mutarunt, et sensu requirente alii εἰς, alii ἐν addiderunt. Præterea Rom. 1, 4 Peschito et Chrysostomus καὶ πνεύματι (ϗ πνι) loco κατὰ πνεῦμα (κτ' πνα) legerunt.

C. VI.

2. ἀναπληρώσετε legunt pauci codd. (in quibus est B) cum intt., quod certe notandum.

13. περιτετμημένοι auctoritate complurium librorum utr. cl., in quibus est prevetus B, Hieronymi et Hilarii, non reprobante Griesb., rescribe loco περιτε-

οὐδὲ - οὐ 108*. περιτετμημένοι 106. 108. 112. 1 c. plur. ἡμέτερα 106. 109. v. 15 τι ἰσχύει omn. c. cl. or. v. 17 κυρίου abest a Vulg. in 109 c. fam. afr. † ἡμῶν Ἰησοῦ † Χριστοῦ ἐν 111.

μνόμενοι, quod e proximo περιτέμνεσθαι oculis aberrantibus ortum, ut paullo ante c. 5, 26 plures librarii bis ἀλλήλους descripserunt. Intelliguntur autem adversarii judaizantes, qui ex Judæis baptizati erant; hi vero non ii erant, qui circumcidebantur, sed circumcisi erant, et Galatas circumcidi volebant. De Judæo circumciso perfectum participii (e. g. 1 Cor. 7, 18), et de homine, qui adultus circumciditur, præsens (e. g. Gal. 5, 3) sine ulla lectionis varietate usurpatur.

15. οὔτε γὰρ περιτομή, ita recte membranæ B 17, nonnulli intt., Chrysostomus et quidam patres latini breviter habent, quod Griesb. probavit, non tamen recepit. Quin vulgare: ἐν γὰρ Χριστῷ Ἰησοῦ οὔτε περιτομή, e loco parallelo c. 5, 6 irrepserit, eo minus dubitandum, quod indidem cl. or. ἰσχύει pro ἐστιν traxit, invitis uncialibus omnibus. Si contextum spectas, verum confirmatur. Gloriam se quærere negat v. 14, nisi in cruce Christi. Subjicit rationem, quamobrem præterea de circumcisione non æque ac adversarii, glorietur: „nam circumcisio nihil est:“ cf. 1 Cor. 7, 19. Sin in Chr. Jesu circumcisionem quidquam valere negaret, petitio principii esset. Contra c. 5, 6 opportune ratio, cur Galatæ adhibita circumcisione a Christo abalienati forent, proponitur, quod *in Christo Jesu* circumcisio nil valeat.

16. καί ante ἐπί, quod a D*E et ab uno Mosquensium abest, suspectum est. Huc enim spectat tota epistola, ut ne disjungat sectatores Christi ab Israelitis Deo acceptis. Si vos Christi, inquit c. 3, 29, Abrahami semen estis. Igitur præstat, eos ipsos, qui regulam Chr. sequuntur, omisso καί pro Israële

['Η 106. 108] πρὸς Γαλάτας [ἐπιστολὴ 106. 108] ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης. omn. c. al. στίχοι τϛβ.·. 106. 108. στ. σλγ. 109.

Dei declarare, ut Phil. 3, 3. Amat apostolus sic annectere, subaudiens *scilicet*, δηλονότι, e. g. Eph. 1, 7. 13. 23.

17. κυρίου, quod a fam. afr. abest, nescio an e versiculo sequente irrepserit, sicut unus Marcianorum plenius etiam sequentia imitatus est.

Πρὸς Ἐφεσίους 108. 110. 112.

Κ. α'.

v. 3 ἐν Χριστῷ † Ἰησοῦ 109 gr. et lat. v. 6 Additamentum Vulg. editæ post ἠγαπημένῳ υἱῷ αὐτοῦ abest a Vulg. in 109. v. 7 Pro κατὰ - καὶ 109. Pro χάριτος - χρηστότητος 109 c. A. v. 10 τε post τὰ abest a Marcc. c. plur. Pro ἐν τοῖς - ἐπὶ τοῖς 106 c. plur. v. 11 τὰ abest 109. v. 12 εἰς posterius abest 109. τῆς abest 106. 109. 112

C. I.

1. ἐν Ἐφέσῳ abfuit a veteribus exemplaribus a Basilio adversus Eunomium L. II c. 19 excitatis, eademque verba in margine cod. B minoribus literis a prima manu scripta sunt, ut Hugius de antiquitate cod. Vaticani p. 26 observavit. Quare a multis dubitatum est, an vere ad Ephesios hæc epistola data fuerit. At consilium omittendi, ut de vera essentia Christianorum constet, inde colligitur, quod similiter Rom. 1, 7 ἐν Ῥώμῃ a vetusta membrana superstite abest, et in alia 1 Cor. 1, 2 eandem ob

1 c. plur. utr. cl. v. 13 ἡμεῖς 109. c. A 46 et al. v. 18 τῆς καρδίας Marco. c. plur. τῆς κλήσεως-δόξης abest 109.

K. β'.

v. 1 Vulg. in 109 additamentum editæ: *convivificavit*, non agnoscit. v. 2 Pro αἷς-οἷς 109. ἀέρος 106. Vulg. in 109 habet: *aëris hujus, spiritum, qui nunc*, nosti cetera. Mox pro τῆς-τοῖς 111. v. 3 φύσει abest 109. φύσει τέκνα 106. 108 c. 3 et al. v. 8 ἡμῶν 109 c. al. v. 14 Pro αὐτὸς γάρ-Χριστὸς 109 e Lectionar. v. 21 ἡ abest 106. 109 c. plur. v. 22 πνεύματι † ἁγίῳ. Vulg. in 109.

K. γ'.

v. 1 † γὰρ χάριν 109. v. 3 ἐγνώρισέ μοι omn. c. cl. or. v. 4 † οἱ ἀναγινώσκοντες 108*. v. 5 ἐν ante ἑτέραις

---

causam interpunctio mutata est: τῇ οὔσῃ, ἐν Κορίνθῳ ἡγιασμένοις. Marcion, qui verba ἐν Ἐφέσῳ omissa deprehendisse videtur, ex Col. 4, 16 ἐν Λαοδικείᾳ substituit, ut arguitur a Tertulliano adv. Marcion. L. V c. 17. Conferantur quæ de hac tituli interpolatione scripsi in introductione ad 3 epist. ad Corinthios p. 30 sqq.

12. τῆς ante δόξης, quod plures utr. cl. codd. omittunt, probante Gr., tolle. Videtur enim potius e loco parallelo propiore v. 14 in libros pauciores irrepsisse, quam ob longinquiorem v. 6 in pluribus excidisse.

C. II.

7. Lectio Irenæi et Origenis, Griesbachio non observata, πλοῦτον τῆς χρηστότητος αὐτοῦ ἐφ', digna saltem est, quæ notetur; quoniam vulgaris e loco parallelo c. 1, 7 fluxisse, et illic lectio varians codd. A 109 ac interpretis Coptici χρηστότητος nostro loco, si cum Origene legeretur, originem debere potuit.

C. III.

2. τοῦ Θεοῦ, cui in fam. lat. ante τῆς χάριτος locus assignatur, a codice alexandrino αὐτοῦ substituitur,

abest recte ab 109 c. plur. utr. cl., adest in 108 c. al. v. 6 Pro εἶναι-ἵνα 112. αὐτοῦ abest 106 et a Vulg. in 109. v. 8 πάντων τῶν 106. 109, abest τῶν ab 110. 111. 112. 1 c. plur. v. 9 κτίσαντι διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ omn. et Vulg. in 109 c. cl. or. v. 13 ἥτις ἐστὶ δόξα ὑμῶν abest 109. Idem v. 15 ὀνομαζομένου.

K. δ'.

v. 4 καὶ post καθὼς abest a Vulg. in 109. v. 6 ἡμῖν 109 c. plur. v. 7 ὑμῶν 109. ἡ abest 108* c. al. v. 9

---

et quod ab uno cod. Mosquensium, a Theophylacto et Ambrosiastro abest, annuente Griesb., suspectum est, et nescio an e loco parallelo v. 7 irrepserit.

3. ἐγνωρίσθη, quod Griesb. loco ἐγνώρισε e cl. occ. recepit, judice Bengelio e v. 5 fluxit.

8. τῶν ab antecedente syllaba absorptum in compluribus veteribus libris, Griesb. tollendum duxit. Sed etiam c. 6, 18 codex 112 in πάντων τῶν ἁγίων omisit τῶν.

9. διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, Griesb. cl. occ. secutus damnavit, et ex Col. 1, 16 adjectum dici posset. At quoniam Marcion omittendo ἐν teste Tertulliano hunc locum interpolavit, suspicor, eundem verba διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ expunxisse, ut textum sacrum pro suo more ad dogmata sua accommodaret. Hoc enim illi placuit, mysterium Evangelii *Deo* inferiori, qui mundum creaverit, absconditum, et a numine supremo revelatum esse per Jesum Christum, quem tamen ipsum materiæ expertem, mundi auctorem esse negavit. Tertullianus quidem hujus omissionis Marcionem accusare non potuit, quia ab ipsius exemplo ista verba jam aberant. Cæterum inter exemplaria cl. occ. et præcipue fam. lat. et inter codicem Marcionis necessitudinem quandam intercessisse, e variis locis erui potest, e. g. Gal. 1, 5 5, 9. 14. 19. 21, itidem ex consecutione epistolæ ad Colossenos post ep. ad Ephesios.

καὶ abest 108* c. al. κατίβη † πρῶτον omn. c. cl. or. v. 12 τὸν abest 109. Idem v. 14 pro κυβείᾳ-κυνωβείᾳ, ibid. μεθοδίαν c. al. 109 et c. 6, 11 ita. v. 16 συμβιαζόμενον 106. ποιεῖται τοῦ σώματος 112. Pro ἑαυτοῦ-αὐτοῦ 106. 109 c. fam. lat. v. 23 sq. ἀνανεοῦσθε-ἐνδύσασθε 109 c. al. v. 24 τῆς abest 109. v. 26 ὀργίζεσθαι 109. v. 27 μὴ δὲ 106 109. 110. 111. 112. 113. 1 c. plur. μὴ 108* c. 3 et alio. v. 28 διδόναι 109. v. 30 λυπεῖτε 108. v. 32 χαριζόμενοι αὐτοῖς 109. ἡμῖν 109 c. cl. occ.

K. ε'.

v. 5 ἐστὶ 106. 109. 111 c. cl. or. ἴστε 112. ἴστε 110 c. cl. occ. v. 6 καινοῖς 111. v. 9 Pro φωτὸς-πνεύματος omn. et Vulg. in 109 c. cl. or. v. 10 Vulg. in 109 non ut edita *Deo*, sed *domino* habet. v. 11 καὶ post δὲ abest 108*. v. 13 Pro γὰρ-δὲ 109. v. 14 ἔγειρε 108*. 109 111 c. cl. occ., sed ἔγειραι 106. 110. 112. v. 17 Pro κυρίου-θεοῦ 109 c. A et al., Vulg. ibi habet *domini*. v. 21 φόβῳ θεοῦ 106. 109 c. cl. or. v. 23 ἀνὴρ sine articulo omn. c. plur. † ἡ κεφαλὴ 112. καὶ post ὡς abest 111. καὶ ante αὐτὸς abest 112 c. cl. occ., adest in ceteris. Pronomen *ejus*, quod post σώματος in Vulg. edita adjectum, non est in Vulg. 109. v. 26 † καὶ καθαρίσας

C. IV.

27. μηδὲ, cujus loco in vulgaribus edd. est μήτε, habent, annuente Griesb., plerique codd. utr. cl., quibus obtemperandum.

C. V.

5. Lectionem ἴστε γινώσκοντες, quam Griesb. adoptavit, Bengelius alliterationi ad mediam syllabam in εὐχαριστία tribuit.

9. πνεύματος arripuere librarii ex loco parallelo Gal. 5, 22, ut monet Bengelius. Comma præcedens et oppositum σκότος v. 11 requirit φωτός, quod Griesb. e cl. occ. recipere cœpit.

13. Lectio cod. 109 δὲ notatu digna; ita enim δὲ augendi et procedendi causa iterari solet. Sensus

τῷ λύτρῳ τῷ τῦ 109. Additamentum Vulg. ed. *vita* post *verbo* deest in Vulg. 109. v. 27 αὐτὴν ἑαυτῷ 106 109 c. cl. or. ἐνδοξαν 109. v. 29 ὁ Χριστὸς 109 c. plur. v. 31 μητέρα † αὐτῦ 108*.

Κ. ς΄.

v. 2 ἐστι πρώτη ἐντολὴ 109. v. 5 ἀκύετε 108*. † ὑμῶν κατὰ 109. v. 7 ὡς τῷ κυρίῳ 106. 109 c. plur. v. 8 ἕκαστος ὁ ἐὰν ποιήσῃ 106 c. cl. occ. τῦ abest 108* c. cl. occ., adest in cæteris. v. 9 ἡμῶν αὐτῶν 109 c. al. v. 10 μυ abest 109 c. A et al. v. 12 τῦ σκότυς τῦ αἰῶνος omn. c. cl. or., excepto 106, qui τῦ σκότυς omittit. v. 15 ὑποδυσάμενοι 109 c. al. v. 17 δέξασθαι 109 c. A et al. v. 18 καὶ δεήσει et mox τῶν abest 112. v. 19 δοθῇ omn. c. plur. præter 110, qui δοθείη. v. 24 ἀφθαρσία 106. ἀμήν: omn.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης διὰ Τυχικῦ. omn. στίχοι τιβ (106. 108) κεφάλαια δέκα. (106. 109 in prooemio. Posterior cod. exhibet argumenta capitum.)

---

est: Omnia, quæ a luce corriguntur, in lucem protrahuntur, quodcunque *vero* in lucem protrahitur, jam non est tenebrosum, sed lucidum.

C. VI.

12. τῦ αἰῶνος sententia Bengelii idcirco a cl. occ. ejectum est, ut si, prævio κοσμοκράτορας, supervacuum esset. Griesb. omisit.

Πρὸς Φιλιππησίους.

Κ. α'.

v. 1 Χριστοῦ Ἰησοῦ 109. συνεπισκόποις 110 c. al. v. 3 πᾶσι 109. v. 6 † καὶ ἐπιτελέσει ἄχρις ἡμέρας † τοῦ Χριστοῦ Ἰησοῦ 108*. v. 7 συγκληρονόμους 109. Pro μου ante τῆς-μοι 106 c. al. v. 8 ἐστὶν agnoscit Vulg. in 109. Ἰησ. Χριστ. omn. c. cl. or. v. 10 ἦτε abest 109. v. 11 καρπὸν δικαιοσύνης τὸν 109 c. cl. occ., ceteri καρπῶν δ. τῶν. Mox Θεοῦ abest 112. v. 12 βούλομαι ὑμᾶς 108. Pro μᾶλλον - πάντα 108*. v. 14 λόγον † τοῦ Θεοῦ 109 c. fam. afr. v. 15 διὰ εὐδοκίαν 108. v. 16 sq. οἱ μὲν ἐξ ἐριθείας - οἱ δὲ ἐξ ἀγάπης omn. et Vulg. in 109 c. cl. or. v. 16 μου abest 106. v. 18 καταγγέλλεται 109. v. 22 Pro εἰ δὲ - εἶτε 109, ubi Vulg. *quid si.* v. 23 συνέχομαι δὲ omn. c. plur. γὰρ ante μᾶλλον abest ab 106. 109 e. 46 et plur., habet Vulg. in 109. v. 24 συνεπιμένειν τῇ 109. v. 28 Pro ἥτις - ὅτι 106. αὐτοῖς μέν ἐστιν omn. c. cl. or. ἐστὶν αὐτοῖς Vulg. in 109. † τοῦ Θεοῦ 108. v. 30 Pro οἷον - ὃν 111. εἴδετε 106. 108. 112. 1 c. plur. utr. cl., ceteri ἴδετε.

Κ. β'.

v. 1 εἴτε παραμύθιον 109. εἴ τι κοινωνία 106 ob præcedens εἴ τι, similiter τις σπλάγχνα omn. c. plur. utr.

C. I.

16 sq. Griesb. cl. occ. secutus hæc commata ita transposuit: οἱ μὲν ἐξ ἀγάπης -- οἱ δὲ ἐξ ἐριθείας. Sed secundum ordinem cl. or. oratio versiculis 15 et 18 (primum πρόφασις, deinde ἀλήθεια) rectius respondet, et „quia, ait Bengelius, verbum καταγγέλλεται utrumque versum sustentat, is versus præcedit, qui hoc verbum habet.“ Similiter 2 Tim. 2, 20 ἃ μέν ad priora, ἃ δέ ad posteriora referuntur.

30. Pro εἴδετε, quod est in codd. utr. cl., vulgo perperam ἴδετε scribitur. Rectius edd. c. 4, 9 εἴδετε habent, quamvis multi codd. scripti illic quoque itacismum sequuntur.

C. II.

cl. ob præcedens εἴ τις, licet Griesb. probaverit. v. 3 κάλλιεριθείαν 109. Idem προηγούμενοι c. 46 et al., sed προ in margine positum. v. 4 σκοπεῖτε 106. 109. 110 c. cl. or. σκοπῦντε 111. 112. τὸ ἑτέρων 110. 111 c. al. τὸ ἕτερον 112. ἕκαστος omn. c. cl. or. v. 6 τὸ abest 109 c. alio. v. 9 αὐτῷ ὄνομα omn. recte c. cl. or. et fam. lat. v. 11 ἐξομολογήσεται 109 c. A et al. v. 12 ἠκούσατε 109. ἀλλὰ† καὶ 108*. v. 14 † ὀργῆς, γογγυσμῶν 108* c. al. v. 18 δὲ 109. v. 21 τῦ ante χρ. abest ab 106. 112 c. plur., adest in 109. χρ. Ἰησ. omn. c. cl. or. v. 23 ἐπίδω 109** c. al. v. 26 ὑμᾶς † ἰδεῖν 109 c. A et al. v. 27 καὶ γὰρ ἠσθένησε abest 108*. ἐπὶ λύπην 106. 109 c. plur. utr. cl. v. 30. παραβυλευσάμενος omn. c. cl. or. πληρώσῃ 109 c. al.

C. II.

4. ἕκαστοι secunda vice Griesb. ex cl. occ. edidit, sed iidem fere codd. etiam antea ἕκαστοι habent propter sequentem pluralem; quare non probabile est, posterius ἕκαστοι in ἕκαστος esse correctum, imo e proximo mutatum. Eadem enallage numeri reperitur Act. 2, 6. 8. 11, 29 Joh. 16, 32.

30. Pro παραβυλευσάμενος Griesb. e codd. uncialibus παραβολευσ. recepit. Utrumque verbum græcis auribus peregrinum est, sed analogia similium verborum, quæ hic audienda, (παραφρονῶν 2 Cor. 11, 23, παραλογίζεσθαι Col. 2, 4) παραβυλεύεσθαι commendat, contra παραβολεύω analogiæ est expers, quæ quidem in verbis compositis terminationes -λογέω, -τροφέω, -φορέω, -βολέω agnoscit, nullam vero in -εύω exeuntem. Deinde construenda foret vox παραβολεύεσθαι, æque ac παραβάλλεσθαι, cum accusativo ψυχήν, non cum dativo ψυχῇ, sicut in Hom. Il. ι', 322: ἐμὴν ψυχὴν παραβαλλόμενος πολεμίζειν. Diversa est ratio grammatica in Polyb. 1, 20 Diodor. Sic. XX, 7, ubi παραβάλλεσθαι τῇ ψυχῇ in forma passiva accipitur. Mutatum videtur υ in ο in schola alexandrina, ut verbum a nomine παράβολος deduceretur. V. Excurs. II ed. Kopp. Vol. VII P. II.

Αὔτη διαιρεῖται κεφαλαίοις ἑπτὰ, ὐκ ἔχυσα ὑποδιαιρέσεις, μήτε μὴν γραφικὰς μαρτυρίας. 106 in prooemio.

---

psisse videtur, unde cl. occ. etiam τῦ πνεύματος arripuit et loco πάντων substituit.

Πρὸς Κολοσσαεῖς 110. 112. Πρ. Κολασσαεῖς (108) ἐπιστολὴ Παύλυ. 109.

Κ. α΄.

v. 2 Κολασσαῖς 106. 108. 109. 1 c. plur. Pro Χριστῷ - κυρίω (κῶ) 109 gr. et lat. ἡμῶν καὶ κυρίυ Ἰησῦ Χριστῦ 108 110. 112, sed 112 omittit ἡμῶν. Absunt καὶ κυρ. Ἰ. χρ. ab 109 gr. et lat. cum 46 et al. v. 6 καρποφορύμενον καὶ αὐξανόμενον 106. 108 c. plur. utr. cl., abest καὶ αὔξαν. ab 109. 110. 111. 112. 113. 1. v. 7 Pro ὑμῶν - ἡμῶν

C. I.

2. Κολασσαῖς a fam. afr. et parte cl. or., atque a nonnullis intt. scribitur, probantibus Erasmo, Stephano, Wetstenio ac Griesb. Sed credibile est, Paulo nomen oppidi per Epaphram ita innotuisse, ut oppidani ipsi scribere soliti erant. In eorum vero numis cunctis cum autonomis tum imperatoriis urbs Κολοσσαί et gentile Κολοσσηνός exhibetur (v. Eckhel Doctrin. Numor. veter. Vol. III p. 147 sq.). Similiter in scriptoribus græcis et latinis forma Colossæ reperitur: (v. Herod. VII, 30 Xenoph. Anab. L. I Strabo L. XII p. 864 B. Plin. H. N. V. 32. Orosius Histor. L. VII, 7) nisi quod Polyænus L. VIII, c. 16 habet: ἐν Κολασσαῖς τῆς Φρυγίας. Nam Theodoretus

109 c. A et al. τῦ ante Χριςῦ abest 108*. v. 10 περιπατῆσαι † ὑμᾶς omn. c. cl. or. Pro κυρίυ - Χριςῦ 109 gr. et lat. εἰς τὴν ἐπίγνωσιν omn. c. cl. or. v. 11 sq. μετὰ χαρᾶς εὐχαριςῦντες 112. v. 14 διὰ τῦ αἵματος αὐτῦ abest 108*. 109. 112. 1 c. plur. utr. cl. v. 18 αὐτὸς ἐν πᾶσι 108. v. 19 ηὐδόκησε 109 c. A et al. πλήρωμα † τῦ νόμυ 109 gr. ibiq. Vulg. *omnem plenitudinem legem.* v. 20 εἰς αὐτὸν omn. recte, et Vulg. in 109 *in ipso.* Mox δι' αὐτῆς, εἶτε 109, ibique Vulg. habet: *per ipsum*, quod ab edita abest. Pro ἐν - ἐπὶ 106. 109 c. 46 et al. v. 21 ἡμᾶς 109. v. 22 θανάτυ † αὐτῦ 106 (sine 108*) 112 c. al. v. 23 † καὶ ἐπιμένετε 112. v. 24 παθήμασί † μυ 106. 110.

---

et Acta Conciliorum, si quidem sua exemplaria n. T. expresserunt, scribentes Κολασσαί, nihil momenti ad dijudicandam quæstionem afferunt. Numorum vero auctoritatem secutus, epistolæ inscriptionem πρὸς Κολοσσηνὺς loco πρὸς Κολοσσαεῖς emenda. — Mox καὶ κυρίυ Ἰησῦ Χριςῦ, quod ex Eph. 1, 2 invectum videtur, auctoribus testibus utr. cl. recte Griesb. proscripsit.

6. Cum dubium sit, utrum locus parallelus v. 10 causam addendi verba καὶ αὐξανόμενον, an rhythmus cum καρποφορύμενον occasionem omittendi (velut c. 2, 19 in Marc. 109) præbuerit, ob externorum argumentorum pondus plenior scriptura cum Griesb. præferenda, in qua codd. utr. cl., intt. et Chrysostomus concinunt. Stapulensis tamen scribit: „quædam *rariora* exemplaria græca habent αὐξανόμενον."

7. καί, quod e commate antecedente illatum, codd. unciales et intt. secutus, probante Griesb., tolle.

10. ὑμᾶς post περιπατῆσαι præeunte Griesb. cum cl. occ. damno. Quanquam alioquin hoc sensu infinitivis addatur (1 Thess. 4, 3), hic, præcedente secunda persona pluralis in verbo πληρωθῆτε, commode abesse potest. Ex loco parallelo 1 Thess 2, 12 translatum videtur, unde etiam nonnulli κυρίυ in

abest μϐ ab 108*. 109. 112 c. plur. utr. cl. Mox ἀναπληρῶ 108* c. al. ὅς 108* c. al. ὅτι ἐστιν ἐκκλησία 109. v. 25 In Griesb. varia lectione codex 108 ut ὅ pro ἧς legens excitatur, sed distincte (nescio an a secunda manu) ἧς habet. v. 26 τὸ κεκρυμμένον 109. v. 28 καὶ διδάσκοντες πάντα ἄνθρωπον abest 109 c. al. Χριστῷ † Ἰησοῦ omn. c. cl. or.

K. β'.

v. 2 συμβιβασθέντων 106. 109 c. cl. or. Θεοῦ † καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ omn. c. cl. or., item Vulg. in 109,

---

Θεοῦ mutarunt. — Mox Griesb. difficiliorem lectionem εἰς τὴν ἐπίγνωσιν permutavit cum faciliore cl. occ. τῇ ἐπιγνώσει, cujus loco alii ἐν τῇ ἐπιγνώσει exhibent. Fructus enumerantur cognitionis christianæ, in quibus incrementa cognitionis Dei denuo collocari non possunt, sed εἰς h. l. sensu διά (in Folge) accipiendum, ut Matth. 12, 41, quem modum loquendi Alexandrini interpretamento τῇ ἐπιγνώσει explicasse videntur.

12. μετὰ χαρᾶς εὐχαριστοῦντες, quæ verba vulgo separantur, codicem 55, Marc. 112, translationem Peschito et Chrysostomum secutus conjunge. Lætitia enim gratiarum actionem opportunius quam perseverantiam in calamitatibus præstandam comitatur. Deinde analogia nostram interpunctionem commendat; ut enim præcedentibus participiis appositum aliquod adjectum est: ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ καρποφοροῦντες, — ἐν πάσῃ δυνάμει δυναμούμενοι, ita pariter infertur μετὰ χαρᾶς εὐχαριστ.

14. διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, in quædam vetera exemplaria et in vulgares recentiores edd. ex Eph. 1, 7 insertum est, unde aliqui codd. et παραπτωμάτων loco ἁμαρτιῶν desumserunt.

C. II.

2. Cum subinde magis magisque ad verba τοῦ Θεοῦ additum sit, modo Χριστοῦ, modo καὶ Χριστοῦ, ab aliis

ubi non, ut in edita, *Jesu* additur. v. 6 τὸν Χριστὸν abest 108*. Ἰησοῦν Χριστὸν 106. v. 7 Vulg. in 109 ἐν αὐτῇ legit, *in illa* vertens, edita *in illo*. v. 8 † Ἀδελφοὶ, βλέπετε 109 e Lectionar. v. 11 σώματος † τῶν ἁμαρτιῶν omn. c. cl. or. τῆς σαρκὸς ἐν abest 112 c. alio. Post σαρκός 109 a secunda manu in margine ἀλλ' habet, ibique Vulg. *sed*. v. 12 τῶν ante νεκρῶν abest 108*. 109 112 c. al., adest in 106. v. 13 ἐν abest 106. 108 c. al. συνεζωοποίησεν ὑμᾶς 109. 110 c. plur. utr. cl. συνεζ. ἡμᾶς 106. 111. 112 c. al. Pro σὺν - ἐν 109 c. al. χαρισάμενος ἡμῖν omn. c. 1 et plur. v. 14 † καὶ προσηλώσας αὐτῷ 109. v. 15 αὐτῷ ἐν αὐτῷ 109. v. 17 τοῦ ante Χριστοῦ abest ab

---

πατρὸς τοῦ Χριστοῦ, deinceps πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ, dein καὶ πατρὸς τοῦ Χριστοῦ, a cl. or. denique καὶ πατρὸς καὶ τοῦ Χριστοῦ, omnia hæc spuria esse Griesb. optime judicavit, membranam 71 aliasque paucas secutus.

11. τῶν ἁμαρτιῶν ab uncialibus omnibus, pluribus intt. et patribus abest. Expunge præeunte Griesb., quod minus probabile est, ea verba propter locum c. 1, 22 haudquaquam parallelum omissa, ut Bengelius sibi persuasit, quam respectu habito loci Rom. 6, 6 injecta esse. Eoque magis in suspicionem cadunt, tantum supra lineam quasi scholion scripta fuisse, quod in antiquis monumentis modo τοῦ σώματος, modo τῆς σαρκὸς ἐν absorptum desideratur.

13. ἐν ante τοῖς παραπτώμασι a quibusdam codd. ob locum parallelum Eph. 2, 1 abest. — Mox ἡμῖν pro ὑμῖν complures libri scripti et impressi habent ex commate sequente, velut plures item ἡμᾶς loco ὑμᾶς ob sequentia perperam legunt. Sed cum antecedentibus hæc cohærent. Qui peccatorum causa mortui estis, reviviscetis, condonatis peccatis. Demum v. 14 ad generalia redit oratio, primam personam pronominis possessivi introducens.

17. Adverte ad elegantem lectionem Vulg. in 109 ΧΣ, cujus permutatio cum ΧΥ facillima. Ita ver-

106. 112 c. cl. or. et fam. lat., adest in 109. 111. χριστός legit Vulg. in 109. v. 18 ἐν † τῇ ταπεινοφροσύνῃ 106. v. 19 πᾶν abest 106. καὶ συμβιβαζόμενον abest 109. αὔξει omn. excepto 112, qui αὔξῃ male e seq. v. 20 οὖν abest 108* c. cl. occ., ceteri habent cum cd. 1, Vulg. in 109 *autem*. Mox τῷ ante χριστῷ abest 109. 110. 111 112. 1 c. plur. utr. cl., adest in 106. 108. v. 21 μὴ γεύσῃ μὴ δὲ 109.

K. γ'.

v. 4 ὑμῶν 109 c. cl. occ. v. 11 τὰ abest 108* c. al. fam. afr. v. 12 οἰκτιρμοῦ 109. 1 c. plur. utr. cl., ceteri οἰκτιρμῶν. Mox ταπεινοφροσύνην, πρᾳότητα abest 108*.

---

terunt et Syrus antiquus et Arabs Erpenii, atque codex græcus 66 in margine exhibet ὁ χριστός.

18. Loco μή codd. F G οὐκ habent, et alii testes cl. occ., probante Griesb., negationem prorsus omittunt. Tum explicandum foret: ἃ δοκεῖ ἑωρακέναι. Reprehenditur homo, qui visiones, quas habere sibi videtur, perscrutatur. Angelis enim, quorum proxime mentio fuit, visiones tribuebantur, v. Act. 23, 9. Sin μή admittitur, judicium Pauli de visionis simulatione inest.

20. οὖν et τῷ ex c. 3, 1 in aliquot libros cl. or. et inde in vulgares edd. irrepsit.

C. III.

4. ὑμῶν pro ἡμῶν est in nonnullis codd. cl. occ., in Cypriano et Chrysostomo, probantibus Bengelio et Griesb.; sed haud levis suspicio adest, ex v. antecedente mutationem ortam esse.

12. Ante ἅγιοι cum nostro 109 interpungas velim, nam ἅγιοι καὶ ἠγαπημένοι æque ac ἐκλεκτοί substantive rectius accipiuntur, ut Rom. 1, 7. — Lectio οἰκτιρμῶν in quibusdam codd. cl. or. obvia a glossemate οἰκτιρμόν, quo σπλάγχνα οἰκτιρμοῦ explicabantur, originem duxisse videtur. Sane in D* et Peschito illa glossa cum σπλάγχνα ita juncta occurrit: σπλ.

καὶ

v. 13 ὑμῖν 109 c. 46 et al. v. 15 ἡ εἰρήνη τοῦ Θεοῦ omn. c. cl. or. et Vulg. in 109. v. 16 † καὶ ὕμνοις ut omn., ita Vulg. in 109 c. cl. or. ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν τῷ κυρίῳ omn. (et Vulg. in 109 *domino*) c. cl. or. v. 17 κυρίου Ἰησοῦ † Χριστοῦ 109 gr. et lat. v. 18 ἰδίοις abest 108* c. cl. occ., adest in ceteris. v. 19 Vulg. in 109 additamentum editæ ὑμῶν post γυναῖκας non agnoscit. Mox παραπικραίνεσθε 112 c. al. v. 20 ἐν κυρίῳ 109 c. plur. utr. cl., ceteri τῷ κυρίῳ demta præpositione. v. 22 ἀλλ' ὡς ἁπλότητι 106. 108. v. 23 Pro καὶ πᾶν ὅ, τι ἐὰν — ὃ ἐὰν 112 c. cl. occ. v. 25 κομιεῖται 108*, item 109 (qui κομίσηται) c. 46 et al.

καὶ οἰκτιρμόν. Semel hic οἰκτιρμός numero singulari legitur in n. T.

15. Χριστοῦ e cl. occ. et intt. Griesb. recepit, quod probo, quia Θεοῦ e loco parall. Phil. 4, 7 invectum, ut vicissim illic nonnulli ex h. l. Χριστοῦ correxerunt.

16 sqq. Locus geminus Eph. 5, 19 sqq. interpolandi occasionem dedit librariis cl. or., quamobrem recte Griesb. e cl. occ. ταῖς καρδίαις et Θεῷ restituit. Eandem ob causam καί ante ὕμνοις, quod ab omnibus uncialibus et a Chrysostomo abest, expunge, nec minus suspectum est καὶ πατρί, quod fam. afr. cum pluribus intt. omittit. Vicissim in loco Eph. 5, 19 ex nostro in A verba ἐν χάριτι inserta, et a cl. occ. ταῖς καρδίαις correctum est; unde credibile fit, archetypum cl. or. hic illum locum, archetypum cl. occ. illic hunc locum margini apposuisse. Mox v. 18 complures libri cl. or. ex Eph. 5, 22 ἰδίοις addiderunt, quod recte Griesb. a textu proscripsit. Commate 21 cl. occ. ex Eph. 6, 4 παροργίζετε loco ἐρεθίζετε arripuit; quæ omnia damnanda sunt, cum causa peccandi liqueat.

22. ὀφθαλμοδουλείᾳ cl. occ. secutus, non reprobantibus Bengelio et Griesb., edito, quod in ultima

K. δ'.

v. 8 γνῶτε τὰ περὶ ὑμῶν 111. καὶ παρακαλέσῃ τὰς καρδίας ὑμῶν abest 112. v. 9 τῷ ἀγαπητῷ καὶ πιστῷ 112 c. fam. lat. ἐξεστιν ὑμῶν 112. v. 12 Quod Vulg. ed. post Χριστοῦ addit Ἰησοῦ, non agnoscit Vulg. in 109. v. 13 ζῆλον πολὺν omn. c. cl. or. καὶ post ὑμῶν abest 106 (sine 108). v. 16 ἡ ἐπιστολὴ † αὕτη 108 c. al. ἡ ἀποστολὴ 109, ubi Vulg. αὕτη non addit. v. 17 † τῷ Ἀρχίππῳ 109. v. 19 ἡ χάρις † τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ 109 gr. et lat. ἀμήν: omn.

---

syllaba AI scripta amanuenses recentiores facillime lapsi sunt. V. ad Acta 7, 39 et ad Rom. 14, 18.

23. ὃ ἐάν simpliciter e cl. occ. et nostro 112, probante Griesb., recipe, cum vulgaris scriptura καὶ πᾶν ὅ, τι ἐάν ex v. 17 exorta videatur.

C. IV.

8. γνῶτε τὰ περὶ ἡμῶν auctoritate cl. occ., quacum facit et noster 111 (ubi tamen ὑμῶν), non abnuente Griesb., scribendum. Minus enim probabile videtur, eam lectionem e loco parallelo Eph. 6, 22 ortam, quam ultimam syllabam verbi γνῶτε a sequente vocabulo τά absorptam esse, eo magis postquam ἡμῶν in proximum ὑμῶν mutatum erat. Scilicet Paulus Tychicum nuncium suarum rerum missum esse et ante v. 7 et paulo post v. 9 profitetur, atque formula εἰς αὐτὸ τοῦτο eundem finem mittendi respicit, quare mandatum cognoscendi res Colossenorum inopportune subnecteretur, præsertim cum se de his jam ab Epaphra certiorem esse factum dicat c. 1, 8. Constat autem in mendis a scribendi ratione oriundis codicibus junioribus minus fidei habendum esse, quam legem et hic et c. 3, 22 observare oportet.

13. πολὺν πόνον Griesb. bene e cl. occ. edidit, quanquam Bengelius πόνον ex alliteratione ad πολύν natum esse existimaverit. Quoniam vero varie

Πρὸς Κολοσσαεῖς (Κολασσ. 109. 111) ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης [Ἐγρ. ἀπὸ Ῥ. ἡ πρὸς Κολασσ. 106. 108] διὰ Τυχικοῦ καὶ Ὀνησίμου: omn. c. al.

---

legitur: πόνον, κόπον, πόθον, ζῆλον, ἀγῶνα, et præterea Slavus addit: *et dolorem*; omnia hæc nomina esse glossemata lectionis πόνον videntur, quæ haud scio an ad scripturam vulgarem ζῆλον notata forent. Revera Glossarium vetus ad vocem πόνος annotavit *dolor*, id quod Slavus expressit.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς α'.

K. α'.

v. 1 Neque quod Vulg. edita post πατρὶ addit ἡμῶν, neque quod inde ab ἀπὸ usque ad Χριστοῦ omittit, in Vulg. 109 agnoscitur. v. 4 εἰδότες † δὲ 109. † τοῦ θεοῦ 109 c. A 46 et al. v. 7 καὶ † ἐν 109 c. cl. occ. v. 8 † ἐν τῇ Ἀχαΐᾳ 109. 110 c. plur. ἐν τῇ ante Ἀχαΐᾳ abest 106. 108. v. 9 περὶ ὑμῶν omn. c. plur., excepto 109, qui ἡμῶν habet c. 1. Mox ἔσχομεν 106. 108 c. plur. utr. cl. ἔχωμεν 109. v. 10 τῶν ante νεκρῶν abest 106. 108 c. al., adest in ceteris c. 1 et plur.

C. I.

9. ὑμῶν auctoritatem nostrorum et complurium codd. secutus pro ἡμῶν scribe. Nam Paulus successum muneris sui, non sui sed Thessalonicensium gratia, memorat; de iis (ὑμῶν) ergo eorumque fide narrare omnes ait. Corrector quidam antiquus, a prima persona ἔσχομεν deceptus, textum depravasse mihi videtur.

K. β'.

v. 2 καὶ post ἀλλὰ abest ab omn. c. plur. v. 6 ἀπὸ ἄλλων 109. Idem v. 7 pro Χριστοῦ - Θεοῦ. Mox νήπιοι 109** c. fam. lat. v. 8 ἱμειρόμενοι omn. excepto 109, ubi ὁμειρόμενοι c. plur. Pro ἡμῖν - ἡμῶν 106. 108 c. 3 et al. v. 9 νυκτὸς γὰρ omn. c. cl. or. v. 14 τὰ αὐτὰ 106 108. 109 c. plur. v. 15 τοὺς † ἰδίους omn. c. cl. or. καὶ Θεῷ μὴ ἀρεσκόντων abest 108* c. 3 et alio. Mox ἐναντιουμένων 109 gr. et lat. (*qui adversantur*) c. 46 et al. v. 19 † ἡ ἐλπὶς 108*. Χριστοῦ abest 110. 111 c. al. cl. occ. v. 20 ἡ ante χαρά abest 109.

---

10. τῶν ante νεκρῶν, licet a codd. utr. cl. et Chrysostomo consentiente Griesb. exhibitum, Bengelius, quem sequor, e linea superiore irrepsisse censuit.

C. II.

8. ἱμειρόμενοι præter nostros habent codex 55 aliique, Chrysostomus et Stapulensis, contra ὁμειρόμενοι unciales omnes, quos Gr. secutus est. (In cd. 1 reperi ὁμειρόμ.) Sed cum posterior forma, a quibusdam Glossariis tantum ex nostro loco excerpta, græcis auribus sit inaudita, omnique analogia careat, puto antiquum librarium ob alliterationem τοῦ IME ad proximum OME, quod in eodem verbo legitur, lapsum fuisse.

9. γάρ ante καί omisit quidem Griesb. cl. occ. secutus, sed ideo ea particula excidisse videtur, quod vetusta editio, quam Peschito expressit, verba ἐκηρύξαμεν - τοῦ Θεοῦ a textu proscripserat, quibus servatis etiam γάρ retinendum.

12. μαρτυρόμενοι e triginta codd. utr. cl. edito; vulgare μαρτυρούμενοι ex alliteratione ad παραμυθούμενοι natum. Adi notam ad Act. 26, 22. — Mox περιπατεῖν rectius habet cl. occ., nam vulgare περιπατῆσαι e loco parallelo Col. 1, 10 translatum, ut vicissim hinc illic in cl. or. varietas orta est.

K. γ'.

v. 2 καὶ διάκονον τοῦ Θεοῦ καὶ συνεργὸν ἡμῶν omn. c. cl. or. περὶ τῆς πίστεως omn. c. cl. or. v. 3 Pro τῷ - τὸ 109. 110. 111. 112 c. A et al., τοῦ habent 106. 108 c. al. v. 7 Pro ἐπὶ - ἐν 109 c. fam. lat. v. 8 στήκετε 108*. 109 c. A 46 et al. v. 12 καθώς περ 109. v. 13 ἔμπροσθεν 109. Χριστοῦ abest 108* c. cl. occ., ceteri habent.

K. δ'.

v. 1 τὸ abest 108*. 109 c. cl. occ., ceteri habent. Mox οὖν abest 111 c. al. Post Θεῷ addit Vulg. in 109: *sicut et ambulatis*. v. 5 εἰδότα 109. v. 6 προείπομεν 106 108. 110. 112 c. A et cl. or. προείπαμεν 109. 111 c. al. διεμαρτυρόμεθα 108* c. al. v. 8 τὸν διδόντα 109 c. cl. occ. εἰς ὑμᾶς 106. 108. 109 c. plur. utr. cl. recte. v. 9 φιλίας

C. III.

2. καὶ συνεργὸν τοῦ Θεοῦ, ita recte est in D* 17, nonnullis libris latinis et Ambrosiastro, nec non in B, qui tamen etiam τοῦ Θεοῦ ejicit. Quum enim modo καὶ διάκονον, modo καὶ συνεργὸν ἡμῶν a codd. absit, modo utrumque conjunctum occurrat, modo verba τοῦ Θεοῦ post διάκονον, modo post συνεργόν apponantur, hinc colligitur, alterutrum glossema esse. Quod si prope fidem accedit, διάκονον antiquitus super συνεργόν a glossatore collocatum fuisse arbitror, unde omnis varietas explicatur. — Mox ὑπὲρ difficilius quam περί cl. occ. et Chrysostomum secutus, probante Griesb., præfero.

13. Χριστοῦ, quod e loco parallelo c. 5, 23 facile irrepsit, auctoritate cl. occ. ejice.

C. IV.

6. τῳ ut 1 Cor. 15, 8 monente Griesb. enclitice scribendum.

9. Loco ἔχετε cl. occ. et Chrysostomus ἔχομεν habent, probantibus Bengelio et Griesb. Quoniam vero illa scriptura intellectu difficilior est, eademque comprobatur loco Hebr. 5, 12 (χρείαν ἔχετε τοῦ διδάσκειν

112. v. 11 ἐργάζεσθε 109. Idem καθὼς † καὶ. v. 13 θέλομεν 106. 108 c. plur. utr. cl. θέλω 109. 110. 111. v. 18 ἀλλήλοις τοῖς 109.

K. ε'.

v. 5 πάντες ὑμεῖς omn. c. cl. or. v. 12 δὲ abest 111. v. 13 ὑγιεῖσθε 109. αὐτοῖς 109 c. fam. lat. v. 21 πάντα δὲ 106. 109. 110 c. plur. utr. cl. δὲ abest ab 108*. 111. δοκιμάζοντες 106. 109 c. plur. † καὶ τὸ 110. 111 c. al. v. 28 ἀμήν: omn.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν 109. 110 111. Ἐγρ. α. Α. ἡ πρὸς Θ. ἐπ. πρ. 106. 108. στίχων ρλγ. 109. Euthalius in prologo codd. 106. 109 ait ἐπιστολὴν διαιρουμένην κεφαλαίοις ἑπτά, ἄνευ μερικῶν ὑποθέσεων καὶ γραφικῶν μαρτυριῶν:

ὑμᾶς), dubito, an ἔχετε e loco parallelo c. 5, 1 natum sit, sed hoc modo accipiendum: de caritate non opus est vobis scribere.

C. V.

3. γάρ a perpaucis cl. occ. monumentis abest, quia alibi δέ correctum erat, quæ causa esse videtur, cur in aliis utrumque exciderit, et in pluribus libris deinde alieno loco v. 5 γάρ post πάντες insertum fuerit. Quæ transpositio, licet a Griesb. adoptata, eo suspectior est, quod iidem testes, qui v. 3 γάρ aut omnino omittunt, aut δέ substituunt, v. 5 γάρ agnoscunt.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς β'.

K. α'.

v. 5 δικαιοκρισίας 110. 111 c. al. v. 8 Χριστῦ abest 108* c. al. v. 9 τῦ abest 106. 108*. 109 c. al. v. 10 πιστεύσασιν 106. 108. 109. 111 c. plur. utr. cl., πιστεύουσιν 110. v. 12 Χριστῦ prius abest 108*. 109. 110 c. plur. utr. cl.

K. β'.

v. 2 ἐνέστηκεν 106. τῦ Χριστῦ omn. c. cl. or. v. 4 ὡς Θεὸν καθίσαι 109. 110. 111 c. cl. or. καθίσαι ὡς Θεὸν 106 108 c. 3 et alio. Mox ἐστι 106. 108. 110. 111 recte. v. 6 Pro ἑαυτῦ - αὐτῦ 106. 108 c. al. v. 8 Ἰησῦς post κύριος abest ab omn. c. cl. or. et Cyrillo Hierosol. v. 13 ἀπαρχῆς omn., unde alii ἀπαρχήν.

C. I.

10. Adverte ad rariores et doctiores lectiones θαυμαστωθῆναι (quæ in uno codicum Mosquensium a) et ἐπιστώθη (quæ in Hesychio et in cod. 31 exstat). Nam verba ἐνδοξασθῆναι et θαυμασθῆναι ad gloriam magis Christianorum quam Christi pertinere, et pœnis improborum v. 9 opponi videntur. Neque igitur ita intelligenda sunt, ac si Christus venturus sit, ut per suos honore afficiatur ab iisque suspiciatur (θαυμασθῆναι), sed rectius cum Vulgata ita, ut glorificetur in suis et *admirabilis* (seu in 109 mirabilis) *fiat* (θαυμασθωθῆναι) in omnibus qui crediderint. Eo enim revertente, omnia membra splendoris capitis participes reddentur. Illo die *confirmatum* erit apostoli testimonium. Sin ἐπιστώθη legeris, languidior sensus existet, creditam esse ejus doctrinam; et tunc potius ὑφ' ὑμῶν scripsisset. Verbum πιστῦσθαι semel in n. T. occurrit 2 Tim. 3, 14, ubi similiter duo codd. ἐπιστώθης exhibent.

C. II.

2. τῦ κυρίυ, quod Griesb. loco τῦ Χριστῦ e cl. occ. suscepit, e loco parall. 1 Thess. 5, 2 eo magis

K. γ'.

v. 2 καὶ ante ἵνα abest 109. v. 5 τὴν ὑπομονὴν 106 108. 109 c. plur. utr. cl. v. 6 Pro ἡμῶν - ὑμῶν 106. παρέλαβον omn. c. plur. utr. cl. v. 8 Pro ἐφάγομεν - ἐλάβομεν 109 c. al. v. 9 ἔχωμεν 109. Idem v. 11 omittit ἀλλὰ περιεργαζομένους ob homœoteleuton.

Πρὸς Θεσσαλονικεῖς δεύτερα ἐγράφη ἀπὸ Ἀθηνῶν 109 110. 111. Ἐγρ. ἀπὸ Ῥώμης (Ἀθηνῶν 108*) ἡ πρ. Θ. δευτ. ἐπιστ. 106. 108. Roma missam esse epistolam, ex argumento Euthalii desumtum est, quod in codd. 106. 108. 109 ita incipit: Ταύτην ἀποστέλλει ἀπὸ Ῥώμης κ. τ. λ.

---

videtur correctum esse, quod nonnulli etiam τοῦ omiserunt. Mox v. 4 ἐστι e codd. scribendum.

C. III.

14. διὰ τῆς ἐπιστολῆς noli, ut Griesb. fecit, cum τῷ λόγῳ ἡμῶν jungere, tam propter constructionem, quam propter oppositionem, qua λόγος et ἐπιστολή alibi (c. 2, 15) continentur.

Πρὸς Τιμόθεον α'.

K. α'.

v. 1 καὶ † κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ omn. c. cl. or., sed 108* omittit hæc verba usque ad τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ob homœoteleuton. v. 2 κυρίου Ἰησοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν 109. v. 7

C. I.

2. ἡμῶν post πατρὸς cl. occ. probante Griesb. omisit; quod vero ob loca parallela 2 Tim. 1, 2 Tit. 1, 4

factum

μήτι prius abest 108* c. al. v. 9 δικαίων 109. πατρολῴαις καὶ μητρολῴαις 108. 109 (qui tamen καὶ μητρολ. omittit) c. al. πατραλοίαις καὶ μητραλοίαις 106 c. al. v. 10 sq. διδασκαλίᾳ — εὐαγγέλιον abest 112. v. 13 ἀλλὰ omn. ἀλλὰ † καὶ 110. 111 c. al. v. 15 Ἰησοῦ Χριστῷ 109. v. 16 πρῶτον 106. 108. 109 c. al. v. 17 μόνῳ † σοφῷ omn. c. plur. v. 18 προσαγαγόντας 109. Idem v. 20 ὑμαίνεος.

---

factum esse puto, velut hinc illic in nonnullis codd. ἡμῶν vicissim additum est.

4. Lectio omnium fere codd. οἰκονομίαν, cum habeat, quo defendi possit, retinenda. Fabulis enim ait et genealogiis disceptationes magis quam *munus* doctoris christiani promoveri. Ministerium divinum (οἰκονομία hoc sensu 1 Cor. 9, 17 Col. 1, 25) fide, sed non istis fabulis et genealogiis continetur; c. 2, 7 Paulus doctorem in fide et veritate se perhibet. Unus D* cum Irenæo græco apud Epiphanium habet οἰκοδομήν, quod certe faciliorem sensum efficit. Quare nonnulli intt. et patres *ædificationem* verterunt, ideoque plures editores οἰκοδομίαν suo ingenio correxerunt.

17. σοφῷ post μόνῳ aut ab Arianis demtum, aut ab orthodoxis ex Rom. 16, 27 invectum videtur. Nam ii patres, qui fidem Nicænam contra Arianos defendebant, Gregorii Nyssenus et Nazianzenus, (itidem Pseudo-Athanasius in Dialogo 1 de Trinitate,) cum pluribus exemplaribus græcis et Arabe σοφῷ agnoscunt; et sane negabis, eos, qui filium ὁμοούσιον esse affirmabant, scriptura, qua æternus pater solus vere Deus dicatur, gaudere potuisse. Arianis contra, quibus μόνῳ Θεῷ arridere debuit, interpolatio tamen nequit tribui, quoniam jam ante eorum ætatem Peschito et Tertullianus σοφῷ omiserunt, quamvis hic trinitatis defensor contra unius Dei cultores exstiterit (adversus Praxeam c. 3). Id adjectivum itaque cum tantum non omnibus intt.

K. β'.

v. 2 ἐν abest 109**. v. 5 Ἰησοῦς Χριστὸς 109 c. al. v. 6 ἑαυτῷ 109. v. 7 καὶ ἀπόστολος abest 108*. Mox λέγω † ἐν Χριστῷ omn. c. 1 et al. et Vulg. in 109.

K. γ'.

v. 2 νηφάλιον 106 c. al. νηφάλεον 112 c. al. νηφάλαιον 109 c. al. Idem v. 11 νηφαλέους. v. 3 μὴ αἰσχροκερδῆ

---

et paucis codd. cl. occ. præeunte Griesb. expunge, collato c. 6, 15 Joh. 5, 44 (ubi unus Mosquensium μόνου omisit). Non minus Jud. 25 σοφῷ post μόνῳ a cl. or. male insertum reperitur.

C. II.

7. ἐν Χριστῷ ex Rom. 9, 1 irrepsit. Neque καὶ ἀπόστολος, quod ab uno Marcianorum abest, omni suspicione vacat, e loco parallelo 2 Tim. 1, 11 illatum esse.

C. III.

3. μὴ αἰσχροκερδῆ loco parall. Tit. 1, 7 originem debet, et vicissim illic ex nostro loco ἀνεπίληπτον pro ἀνέγκλητον in quibusdam codd. legitur, atque in 112 post σώφρονα eandem ob causam κόσμιον additum.

16. Codices græci, interpretes, patres græci et latini post ἀληθείας periodum inchoant. Sed Joh. Camero et Jac. Cappellus, a Melvino et Fabricio edocti, ut feruntur, verba τῆς ἀληθείας καὶ ὁμολογουμένως μέγα, nulla distinctione interposita, primi junxerunt, qua ratione hoc comma arctius cum præcedente oratione connectitur. Postquam enim dixerat, ecclesiam esse domum Dei, ea domus eum admonuit columnæ et veri fundamenti, quo ecclesia innititur, scilicet dogmatis palmaris de Christo, quod sequitur. Proinde mihi non probatur, quod nonnulli editores (Bengelius et Griesb.) inde a στύλος novam sectionem faciant, domum a suo firmamento divellentes. Imo vero ante στύλος colon tantum pone. Recte Bengelius hanc enunciationem cum c. 1, 15

abest 108*. 109 c. plur. utr. cl., adest in 106.110.112 1 c. al. v. 6 τυφλωθεὶς 109. v. 7 abest 106 ob homœo-

---

4, 9 comparavit: „στύλος καὶ ἑδραίωμα τῆς ἀληθείας idem est, inquit, augusta paraphrasi et rebus congruente, quod πιστόν, et ὁμολογουμένως μέγα idem dicit, quod πάσης ἀποδοχῆς ἄξιον.“

Ibidem Θεός auctoritate codd. cl. or. omnium et intt. Slavi et Arabis polyglotti retinendum. Loco Θεός legunt ὅς F 17. 73, idque Griesb. recepit. De scriptura codd. ACG non liquet, si verum fassi fuerimus. Nam Bengelius ad A Θεός habentem provocat, „quanquam, inquit, lineola, qua ΘΣ compendiose scriptum ab ΟΣ distinguitur, sublesta videtur nonnullis.“ In cod. autem c Woidius, qui eum inspexit, lineolas istas transversas invenisse sibi visus est, unde Matthæi illum pro lectione Θεός excitavit. Griesb. contra in Symbolis Criticis T. 1 p. VIII. LIV illos ductus esse seriores alienamque manum prodere contendit. Satius autem erit, de primigenia scriptura codd. AC nihil certi affirmare. Quis enim non videt, in quanam ancipite alea versetur, qui in rimandis tenuissimis literarum apicibus, perpetua manuum contrectatione obliteratis, tempora distinguere, manum primam et secundam dignoscere velit? Hoc certe generaliter monendum videtur, codicem A a nullo correctore ad alios codices refictum fuisse, neque prope fidem accedere, omnes unciales (in quorum numero BEH hiant) ὅς legisse, cum sic duo tantum eorum codd. minutis literis scriptorum habeant, qui alias cum uncialibus convenire soleant. Aeque de membrana G ambigitur, in qua literæ O lineola superducta est (v. tabulam æneam in Matthæi n. T. in calce Evangelii Matthæi); neque tamen certo id compendii signum est, quod in hoc codice litera O sæpe sine causa ejusmodi lineolam habet, teste Matthæio in secunda

teleuton. v. 8 σεμνὰς abest 109 c. 46*. διϲχροκερδεῖς 109. v. 11 νηφαλίους 106. 110 c. plur. v. 16 θεὸς omn. c. fere omn.

---

editione n. T. T. II p. 440. Neque propterea quod O apice, quo ab Θ distinguitur, caret, Θ non esse colligi potest, cum continuo ibidem in verbo Ἐφα-νερωθη apex desideretur. Codex D* habet ὅ, et a secunda manu θεός, *interpretes* præter supra nominatos modo *qui*, modo *quod* reddunt. *Patres* latini omnes legunt *quod*. De patribus græcis dubitatur, qui aut sibi non constant, aut ambiguitate non vacant. Pro scriptura θεός antiquissimus patrocinator Ignatius excitatur in epistola ad Ephesios §. 19, ubi fortasse nostrum locum respiciens meminit θεοῦ ἀνθρωπίνως φανερουμένου. Gregorius Nyssenus persæpe θεός, semel ὅς legisse videtur. In Cyrillo alexandrino eadem variatio animadvertitur. Chrysostomum vero, Theodoretum, Euthalium, Damascenum et Theophylactum θεός legisse constat. Igitur cum solæ quatuor membranæ cl. occ. et præcipue documenta fam. lat. ὅς seu ὅ exhibeant, cum ὅ aperte ex ὅς interpolatum sit, ὅς vero „nil habeat, (Bengelii sunt verba) quo commode referatur, θεός planum sit atque nativum“; lectionem ΟΣ ex ΘΣ, non hanc ex illa, ortam esse censeo. Referunt quidem patres latini pronomen relativum ad μυστήριον, et posset nomen generis neutrius, cum virum denotat, cum pronomine masculino necti, ut Philem. 10: τέκνον, ὅν. Sed μυστήριον nusquam Christum ipsum significat, sed doctrinam reconditam de eo. Hoc mysterium certe φανερωθὲν dicitur Rom. 16, 25 Col. 1, 26, neque vero, ut hic, φανερωθὲν ἐν σαρκί, neque, justificatum in spiritu, neque, visum angelis (sed cognitum Eph. 3, 10), multo minus, assumtum in gloriam. Itaque Rosenmüllerus aliique fautores scripturæ ὅς ante hoc pronomen subaudiverunt Ἰησοῦς, et inde ab ἐδικαιώθη

K. δ'.

v. 1 πλάνης 106. 103. 1 c. plur. δαιμόνων 108*. 112 c. al. v. 2 καὶ καυτηριασμένων 109 c. alio. v. 6 ὑποτιθεμένοις 109, idem καλῶς. Mox χριστοῦ Ἰησοῦ 108 c. cl. occ. v. 8 ἐπαγγελίας omn. et Theodor. in 113 c. 1 et cl. or. v. 11 παράγγελε 109. v. 12 ἐν πνεύματι, ἐν πίστει omn. c. cl. or.

---

apodosin acceperunt, hoc modo: qui manifestatus est in carne, is justificatus est, nosti cetera. Nequit autem negari, hanc quoque explicationem impeditiorem esse, quæ sublimiori dictioni hujus commatis minime congruat. Et quum structura sex propositionum inter se admodum æqualis sit, valde displicet, primam pro relativa accipi, et inde a secunda apodosin statui, licet omnino desit οὗτος seu αὐτός, et æque a tertia seu quarta propositione apodosis incipere possit. Neque vero est critici, ejusmodi difficiles lectiones, easque votis externis parum firmas, præferre, quibus admissis constructio claudicat, atque loquendi usus offenditur. Alii, ut quoquo modo imbecillam scripturam ὅς firmarent, ea verba ad hymnum christianum pertinere sibi persuaserunt. Quam vero serviliter hic hymnus oppresso auctore excitatus et inepto pronomine ὅς introductus foret, cujus rei nulla exempla sunt!

C. IV.

1. Lectio πλάνης ex 1 Joh. 4, 6 invecta, judicibus Millio et Bengelio.

8. ἐπαγγελίας scribe auctoritate cl. or., Euthalii et translationis Philoxen. in marg.; nam vulgare ἐπαγγελίαν loco par. 2 Tim. 1, 1 debetur.

10. Loco ὀνειδιζόμεθα cl. occ. ex Col. 1, 29 ἀγωνιζόμεθα hausit, ut monuit Bengelius.

12. ἐν πνεύματι retinendum, quod ἐν πνι compendiose scriptum facillime a properante librario ob sequens ἐν πίστει negligebatur. Griesb. cl. occ. secutus expunxit, licet non appareat, cur a cl. or. additum sit.

K. ε'.

v. 1 πρεσβυτέρων μὴ ἐπιπλήξῃς et mox πατέρας 109. Idem v. 3 ὄντας. Id. v. 4 ἔγγονα. Mox μανθανέτω 108* c. 3 et alio. Abest καλὸν καὶ ab omn. c. plur. v. 7 ἐπίληπτοι 109. v. 10 ἐπήρκησεν 109. v. 14 νεωτέρας † χήρας 108* c. al. v. 16 ἐπιβαρείσθω 109. Idem v. 18 φιμώσης, id. omittit ὁ. v. 21 κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ 112. πρόςκλησιν 109 c. plur. utr. cl. v. 23 ὕδωρ πότε 109. v. 25 δύνανται 106. 108 c. al.

C. V.

4. καλὸν καὶ habent ante ἀπόδεκτον vulgares edd. cum pauculis codd. ex c. 2, 3.

21. Χριστοῦ Ἰησοῦ loco κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ auctoritate codd. uncialium omnium (B C E H hiant), complurium intt. et patrum, in quibus est Clemens alex., probantibus Millio et Bengelio, rescribe. Griesb. vulgarem scripturam retinuit, quanquam eorundem fere testium fide, qui h. l. κυρίου omittunt, 2 Tim. 4, 1 κυρίου ejecerit. Observandum est, verba Χριστοῦ Ἰησοῦ et κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ crebro permutari, cujus rei causa sine dubio ex compendiis scribendi repetenda. Quoniam enim ΧΥ et ΚΥ simillimos ductus habent, verba ΧΥ ΙΥ in ΚΥ ΙΥ, seu, suppleto ex aliis libris nomine Christi, in ΚΥ ΙΥ ΧΥ transierunt. In vera lectione decidenda a parte codd. uncialium antiquiorum et intt. standum erit, quod ea diversitas non ex correctione, sed ex incuria librariorum nata, et vetustiora exemplaria ejusmodi erroribus minus contaminata videntur. Recte ita Griesb. c. 1, 1 loco vulgaris κυρίου Ἰ. Χρ. e cl. occ. Χρ. Ἰησοῦ edidit, quæ verba primum in ΚΥ ΙΥ in aliquot codd. interpolata sunt, unde post cl. or. ΚΥ ΙΥ ΧΥ fingebat. Eadem res apparet c. 1, 2, ubi Marc. 109 loco ΧΥ ΙΥ τοῦ κυρίου ἡμῶν oscitanter ΚΥ ΙΥ τοῦ κυρίου ἡμῶν exscripsit, et pauci alii, jam addito nomine Christi: ΚΥ ΙΥ ΧΥ τοῦ κυρίου ἡμῶν.

K. ϛ.'

v. 4 βλασφημία 112. v. 5 διαπαράτριβαὶ omn. c. plur. v. 7 εἰσηνέγκαμεν 106. 109. v. 8 διατροφὴν 109 c. 46 et fam. lat. v. 9 Pro βλαβερὰς-βαρείας 109. v. 11 ταῦτα et mox δὲ absunt ab 109. ἀγάπην † εἰρήνην 109 ex 2 Tim. 2, 22. Propinquus cod. 46 eandem vocem post δικαιοσύνην addit. v. 12 καὶ ante ἐκλήθης abest ab 106. 109 c. plur. utr. cl., adest in 110. v. 13 τοῦ θεοῦ abest 109. Idem v. 16 † τῶν ἀνθρώπων. Id. v. 17 pro πλούτου-πλούτῳ. Id. ibid. πάντα πλουσίως c. plur. utr. cl. v. 19 ἑαυτοὺς 111. τῆς αἰωνίου ζωῆς omn. c. cl. or. v. 20 παρακαταθήκην 106 108 c. al., παραθήκην 109. 110*. 111. 112 c. plur.

C. VI.

5. παραδιατριβαί male cum Theophylacto et paucis codd. scriptis (in quibus tamen esse cd. 1 mihi persuasi) habent vulgares libri impressi. Intt. LXX non hoc, sed διαπαρατριβὴ agnoscunt.

11. πραϋπάθειαν loco πραότητα ex codd. A F G 71, Ignatio, Ephremo et Hesychio, probante Griesb., recipe, quod in lexicis Zonaræ, Photii et Hesychii illa vox glossa πραότης explicatur. Philo quoque illo nomine et verbo πραϋπαθεῖν utitur.

17. τῷ ζῶντι, quod Griesb. immerito suspectum est, in cl. occ. eandem ob causam, ob quam Marc. 109 v. 13 τοῦ θεοῦ omisit, recurrente τῷ in τῷ παρέχοντι, casu excidit.

20. παρακαταθήκην exhibent Marcc. 106. 108 cdd. 1. 33. 38. 39 aliique, Chrysostomus, Zonaras in Lexico col. 1510 cum edd. vulgaribus; multi codd. contra cum Ignatio interpolato παραθήκην. Thucydides, Demosthenes, Aeschines, Isocrates, Aristoteles, Polybius, Josephus, Pausanias et Pollux dicunt παρακαταθήκη, Herodotus, Phocylides, Plutarchus et recentiores παραθήκη: adi Wassium ad Thucyd. II, 72. Mœris itaque monet, hoc ἑλληνικῶς, illud vero ἀττικῶς dici. Quare probabilius videri potest, nostro

Πρὸς Τιμόθεον πρώτη 109. Addunt 110. 111: ἐγράφη ἀπὸ Λαοδικείας, ἥτις ἐστὶ μητρόπολις Φρυγίας τῆς Πακατιανῆς. (111: καπατιανῆς.) Codd. 106. 108 ita: Ἡ πρ. Τ. πρ. ἐπιστολὴ ἐγρ. ἀπὸ Λαοδικείας. ἥτις ἐ. μ. Φ. τ. καπατιανῆς. Argumentum Euthalii in 109 ita incipit: Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Μακεδονίας, cujus loco codd. 106. 108**. Λαοδικείας legunt.

---

loco παρακαταθήκην in παραθήκην corruptum esse, quam vice versa. Adde, quod in locis parallelis 2 Tim. 1, 12. 14 lectio varians παρακαταθήκην in nonnullis codd. obvia fidem facit, semel certe ita lectum fuisse et hinc illuc transiisse.

Πρὸς Τιμόθεον β'.

Κ. α'.

v. 1 ἀπόστολος abest 109. ἀπόστολος Χριστοῦ Ἰησοῦ 108 109 gr. et lat. c. 46 et fam. lat. v. 5 λοίδι 109 c. al. v. 12 Pro ὃ - ὁ 109. v. 14 παραθήκην 108. 109 c. plur. utr. cl. v. 15 φύγγελλος 109, ubi Vulg. φύγελλος c. cl. occ. v. 16 ὁ κύριος ἔλεος 108 c. al. ἐπαισχύνθη 109 c. A 46 et al. v. 18 ἔλεον 109. διηκόνησέ † μοι 109 c. 46 et al.

Κ. β'.

v. 2 Pro ἀνθρώποις - ἁγίοις 109. v. 3 Vulg. in 109: *tu vero labora*. v. 7 ὁ abest 109. v. 8 μνημονεύειν

C. II.

7. Δώσει optime habent unciales omnes et intt., probante Griesb. Vulgare δῴη, quod parum commode cum γάρ jungitur, ex c. 1, 16. 18 irrepsisse videtur.

13.

χριστὸν 109. χριστὸν Ἰησοῦν 111. Vulg. in 109 additamentum τὸν κύριον non agnoscit. v. 11 †ἀλλὰ καὶ 109. v. 12 συνζήσωμεν (συνζήσομεν 112) καὶ ὑπομένωμεν. καὶ συνβασιλεύσωμεν 109. v. 13 γὰρ ἑαυτὸν 106. 108. 1 c. el. occ., a ceteris abest. v. 14 *commoneo* Vulg. in 109. τοῦ abest 112. v. 17 γάγγραινα 109. φιλητὸς 106. 108. 109 c. plur. v. 19 κυρίου 109 c. plur. utr. cl.

K. γ'.

v. 1 καιροὶ χαλεποί. ἔσονται γὰρ οἱ abest 112, sed spatium vacuum et rasura adest. v. 2 γὰρ abest 109 c. al. v. 6 αἰχμαλωτίζοντες 112 c. plur. utr. cl., sed

---

13. γὰρ post ἀρνήσασθαι Griesb. unciales omnes aliaque documenta utr. cl. secutus recte addidit.

17. Bengelius ad Φίλητος, quod nomen plures codd. oxytonon faciunt, opportune monet, ubi ex epitheto proprium fiat, accentum retrahi, ut ἀρατός, Ἄρατος; Ἐπαίνετος Rom. 16, 5 (quem cdd. Marcc. Ἐπαινετόν scribunt.)

C. III.

2. οἱ ante ἄνθρωποι auctoritate quinque codd. præeunte ed. Complutensi expunge, quod omissio conjunctionis γὰρ in vetustis monumentis obvia fidem facit, articulum οἱ supra lineam scriptum, postmodo textum occupasse. Tum veritas sententiæ suadet, ut οἱ explodatur; quia non homines universim, sed pars tantum iis vitiis, quæ describit, extremis temporibus polluti erunt, v. 1 Tim. 4, 1. Alioquin Timotheum v. 5 ad ejusmodi homines evitandos hortari non posset.

7. Notanda scriptura duorum codd. μανθάνοντες et mox δυνάμενοι; vereor enim, ut ea participia rectius ad mulierculas fortuito tantum introductas, quam ad homines improbos referantur. Eosdem homines 1 Tim. 6, 3. 5 depingit μηδὲν ἐπιστάμενος, et ἀπεστερημένους τῆς ἀληθείας. Facilis autem erat interpolatio ob præcedens ἀγόμενα.

αἰχμαλωτεύοντες 106. 108. 109 c. al. τὰ ante γυναικάρια abest 108. 109. 112 c. plur. utr. cl. v. 7 οὐδέποτε 109. v. 8 Μωϋσῇ 108. 109. 112. 1. Μωσῇ 106. 110. 111. τῆς ἀληθείας 109. v. 9 ἔσται 108**, ubi nescio an a prima manu ἐστι c. 3 et al. Mox ἡ ante ἐκείνων abest 109. Id. v. 11 ἐγένοντο c. A et al.

K. δ'.

v. 1 Διαμαρτύρομαι οὖν ἐγὼ omn. c. cl. or. τοῦ κυρίου Ἰησοῦ Χρ. 106. 108. 110. 111 c. cl. or. κυρίου Ἰησ. Χρ. 109 112. Χριστοῦ Ἰησοῦ Vulg. in 109. κρῖναι 109 c. al. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν omn. c. cl. or. recte. v. 3 τὰς ἐπιθυμίας τὰς

---

8. Male Griesb. cum edd. vulgaribus μωϋσεῖ et Marc. 9, 5 Luc. 9, 33 Μωσεῖ pro Μωϋσῇ retinuit, quod ex jota adscripto natum, quemadmodum in cod. 111 pro suo more scribendi μωσῆι reperitur. Itidem Act. 7, 44 codd. D 46 aliique cum Chrysostomo Μωϋσεῖ habent, ubi tamen Griesb. rectius damnavit. Etiam in accusativo hoc nomen primam declinationem sequitur (e. g. Hebr. 3, 3 Μωϋσῆν), tertiam nonnisi in genitivo Μωϋσέως (e. g. Hebr. 9, 19).

16. Cum incertum sit, utrum conjunctio καί a Clemente alex., Tertulliano, Peschito, Arabe et Vulgato tantum explicationis gratia omissa, an in codd. ad male nectenda adjectiva θεόπνευστος et ὠφέλιμος addita fuerit (ut Millius opinatur), a parte codd. standum erit; dummodo sensus hoc modo accipiatur: omnis scriptura divinitus inspirata *etiam* utilis est. Nam θεόπνευστος omnino cum subjecto copulandum videtur, sin secus, πᾶσα ἡ γραφή scribere debuit, ut scriptura sacra intelligeretur.

C. IV.

1. Cum cl. occ. οὖν ἐγώ et τοῦ κυρίου omittat, atque Χριστοῦ Ἰησοῦ invertat, admodum probabile fit, hunc locum ad parallelum 1 Tim. 5, 21 esse refictum, ubi eadem cl. occ. Χριστοῦ Ἰησοῦ habet. Igitur lectionem cl. or., quæ a loco 1 Tim. 5, 21 longius distat, pro

ἰδίας 109. 110 c. cl. or. τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας 106. 108. 112 c. 3 et cl. occ. ἐπισωρεύουσι διδασκάλους κνηθομένους 112. v. 8 ἀντιαποδώσει 106. v. 9 Σπούδασον † δὲ 108*. v. 10 ἐγκατέλειπε 109, idem omittit Τίτος εἰς Δαλματίαν ob homœoteleuton. v. 13 φαιλόνην 110. 111 c. al. pro ὃν - ὃ 106. ἀπέλειπον 109, qui item v. 16 et 20 ει habet. † ὁμοίως καὶ τὰ 109. βεμβράνας 106. 108. v. 14 ἀποδῴη omn. c. cl. or. v. 19 ἀκύλαν. † Λέκτραν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ. καὶ σημαίαν. καὶ ζήνωνα. τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ. 109 cum 46. Item Vulg. in 109: *aquilam et lectram femina ejus. et simean. et Zinona filii ejus.* v. 21 σπούδης 109 c. 46 et al. Λίνος 109 c. al. v. 22 μεθ' ἡμῶν 109 gr. et lat. ἀμήν: omn.

---

germana habeo. Nonnulli libri, qui illic κυρίου Ἰησ. Χρ. habent, etiam hic ad coæquandum utrumque locum τοῦ ante κυρίου abjiciunt.

3. τὰς ἐπιθυμίας τὰς ἰδίας, licet invito Griesb., retine. Nam v. 7 pars eorundem codd., qui hic τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας habent, τὸν καλὸν ἀγῶνα correxit, eorundemque nonnulli Tit. 1, 9 τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ exhibent. Quæ cum Griesb. merito improbaverit, liceat nobis eorum testium fidem in eadem re in dubium vocare. Marcc. 106. 108 nihil ponderis in favorem lectionis cl. occ. addunt, quia cum codice 3 pro uno numerandi sunt. Modus loquendi Paulo consuetus, quo ἴδιος substantivum præcedere solet (Rom. 8, 32. 10, 3. 14, 4 sq. 1 Cor. 3, 8. 4, 12. 6, 18 7, 2. 4. 7. 37. 9, 7. 15, 23. 38. 1 Tim. 4, 2. 2 Tim. 1, 9), Grammaticos alexandr. ad corrigendum induxisse videtur. Quamquam etiam postponitur ἴδιος Tit. 1, 3. — Pro ἀνέξονται non opus est conjectura ἀντέξονται, v. Hebr. 13, 22.

14. ἀποδώσει rectius e mente apostoli quam ἀποδῴη in uncialibus omnibus et proximis codd., in intt., in Chrysostomo, Theodoreto, Damasceno, Augustino et Oecumenio legi videtur; velut c. 2, 7 cl. or. δώσει in δῴη mutavit.

Ἐγράφη ἀπὸ Ῥώμης ἡ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα, ὅτε παρέστη Παῦλος τῷ καίσαρι Νέρωνι ἐκ δευτέρου πάλιν: 106. 108. Πρ. Τιμ. δευτ. τῆς Ἐφεσίων ἐκκλησίας († πρῶτον 111) ἐπίσκοπον χειροτονηθέντα, ἐγρ. ἀπὸ Ῥώμης, ὅτε ἐκ (ἐκ abest ab 109) δευτέρου παρέστη Παῦλ. τῷ καίσαρι Ῥώμης Νέρωνι: 109. 110. 111.

---

19. Additamentum nostri 109, quod est scholion ad Onesiphori domum, propterea jam e margine esse invectum proditur, quia alieno loco exhibitum est.

20. Scripturam Arabis ἐν Μελίτῃ pro ἐν Μιλήτῳ cum Baronio, Beza et Grotio omnino approbo, quoniam Trophimus Paulum Hierosolyma comitatus erat (Act. 21, 29), ideoque ab hoc Romam proficiscente non Mileti, sed in Melite æger relinqui potuit: adi meam introductionem ad 3 epist. ad Corinth. p. 51.

21. Λίνος pro Λῖνος, nostrum 109 Bas. 1 aliosque codd., Kusterum et Bengelium secutus, scribe. Corripiunt enim poëtæ græci et latini.

Πρὸς Τίτον.

Κ. α΄.

v. 1 Χριστοῦ Ἰησοῦ 106. 108 c. A. v. 2 ἐπ' abest 108. v. 3 Θεοῦ abest 109, ubi Vulg. supra lineam scriptum habet. v. 4 ἔλεος εἰρήνη omn. c. cl. or. κυρίου abest

---

C. I.

4. καί pro ἔλεος ex septem codd. cl. occ., plerisque intt., Chrysostomo, Augustino et Hilario,

Theodoret. in 113 c. al. Χριστοῦ Ἰησοῦ 113 c. al. v. 5 ἐπιδιορθώσῃ omn. c. al. Pro καὶ καταστήσῃς - καταστήσας 106. καὶ καταστήσεις 113, idem πρεσβυτέριον. v. 7 αὐθάδην 109. v. 8 σώφρονα † κόσμιον 112. v. 9 τῇ ὑγιαινούσῃ διδασκαλίᾳ 108. 112 c. 3 et al. ἐλέγχειν. † μὴ χειροτονεῖν διγάμους. μηδὲ διακόνους αὐτοὺς ποιεῖν. μὴ δὲ γυναῖκας ἔχειν ἐκ διγαμίας. μηδὲν προσερχέσθωσαν ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ λειτουργεῖν τὸ θεῖον. τοὺς ἄρχοντας τοὺς ἀδικοκρίτας καὶ ἅρπαγας καὶ ψεύστας. καὶ ἀνελεήμονας ἔλεγχε. ὡς θεοῦ διάκονος. εἰσὶν γὰρ κ. τ. λ. 109. Ibi in Vulg. spatium vacuum, nullum vero in translatione Arabica annexa. v. 10 καὶ ante ἀνυπότακτοι abest 110. 111. 112 c. al. utr. cl. † καὶ ματαιολόγοι 110. 111. 113 c. al. v. 11 χάριν: τὰ τέκνα. οἱ τοὺς ἰδίους γονεῖς οἱ βρίζοντες (i. e. ὑβρίζοντες) ἢ τύπτοντες. ἐπιστόμιζε. καὶ ἔλεγχε. καὶ νουθέτει ὡς πατὴρ τέκνα. καὶ εἰρήνης ἐπίσκοπος. Εἶπέν τις κ. τ. λ. 109, ubi in Vulg. lacuna, nulla vero in Arabe. v. 13 ἐστιν 110. 111. v. 14 ἐντάλμασιν 113 c. al. v. 15 μὲν abest 109 c. cl. occ. μεμιαμμένοις 109 c. al., idem μεμιαμμέναι.

K. β'.

v. 2 νηφαλαίους 109 c. 46 et al. νηφαλέους 110. 111 c. al. v. 3 † σεμνὰς ἐν καταστήματι ἱεροπρεπεῖς 112 c. al. v. 7

---

probante Griesb., recipe, quia ἔλεος ex duabus epistolis ad Timotheum datis invectum esse eo magis videtur, quod indidem in nonnullis monumentis verba κυρίου Ἰησοῦ Χρ. in Χριστοῦ Ἰησοῦ mutata, et in uno codicum post πατρός additum ἡμῶν, ut speciem loci 1 Tim. 1, 2 propius referrent. Unus Mosquensium utrumque junxit: ἔλεος καί.

5. ἐπιδιορθώσῃς vetustissimi codd. habent, qui omnino sequendi, postulante quoque usu loquendi.

10. καί ante ἀνυπότακτοι, quod habent vulgares libri impressi (et cd. 1), abest a pluribus scriptis utr. cl. et intt., Clemente alex., Chrys. et Augustino, eoque suspectius est, quod locum variat, ab aliis ante ματαιολόγοι positum, ubi primitus ab antiquo correctore intrusum fuisse videtur.

πάντας 113. ἀδιαφορίαν 106. 111 c. al. Vulg. in 109: *in doctrina, in integritate, † in castitate, in gravitate:* ita nonnulli codd. et intt. post ἀδιαφθορίαν addunt ἀγνείαν. Mox σεμνότητα † ἀφθαρσίαν omn. c. cl. or. v. 8 ἡμῶν omn. c. plur. φαῦλον λέγειν 112. λέγειν περὶ ὑμῶν φαῦλον Theodor. in 113. v. 10 ὑποδεικνυμένους 109. τὴν ante τοῦ abest ab omn. excepto 113 c. cl. or. Pro ἐν - ἐπὶ 112 c. alio. v. 11 γὰρ abest 109. 112 c. al. ineunte pericopa. v. 12 καὶ ante εὐσεβῶς abest 109. v. 15 καταφρονείτω 106. 108 c. al. ex interpretamento Chrysostomi.

K. γ'.

Sed in re critica Evangeliorum nihil antiquius habeo Evangeliario vaticano interpretem Syrum hierosolymitanum continente, quod ab *Adlero* excerptum est in libro cui titulus: n. T. versiones Syriacæ simplex, philoxeniana et hierosolymitana, Hafniæ 1789. 4. Neutram certo classem seu familiam codicum sequitur is interpres, neque ex utraque mixtus existimari potest, ut antiquior omnino classibus dissidentibus. Nam ultra septuaginta singulares lectiones cum nullo cdd. græcorum communes deprehendit in eo Adlerus (p. 198). In introductione ad III epistolam Corinthiacam p. 74 sqq. de summa antiquitate hujus interpretis universe disputavimus, ac quatuor loca ex eo emendanda in medium produximus. Jam vero, quod delibaveram, pluribus in notis criticis, quæ sequuntur, persequar. Quas si æquo animo consideraveris, spero fore, ut meam doctis sententiam probem. Is interpres unus omnium testium, ut his exemplis utar, Luc. 23, 44 verba καὶ σκότος - ἐννάτης recte omittit, cum paucis aliis verum exhibet Matth. 1, 11. 2, 18. 5, 47. 6, 1 8, 13. 31. 19, 29. 21, 29 Luc. 7, 28 et alibi. Ubicunque peccat, scholia simpliciora maxime e locis parallelis petita suscepit. Sed dubium est, ipsine interpreti, an posterioris ævi exemplis ea corruptela tribuenda sit. Certe in ipso Evangeliario correctiones quædam deprehenduntur, et plures fortasse in ejus archetypo exstitere: id quod libro ad usum ecclesiasticum accommodato facillime contigit. Ita Matth. 6, 6 secunda manus ἐν τῷ φανερῷ perperam adjecit, c. 21, 7 eadem translationem Peschito et Persicam secuta correxit ἐπέθηκαν ἐπὶ τὸν πῶλον, c. 22, 43 ἐν πνεύματι ἁγίῳ, ut in duobus Evangeliariis græcis exstat, Luc. 6, 42 ἀποθνήσκουσα pro καὶ αὕτη ἀπέθνησκεν secundum Syr. Sahid. et cd. gr. D, c. 16, 21 idem additamentum, quod est in Vulg., in margine habet, c. 16, 22 et Joh. 6, 58 addit quædam in

margine. Pariter Syriacam translationem Peschito dictam seculo quinto recognitam et partim castigatam partim interpolatam perhibet post Hugium Griesbachius in Comment. crit. P. II p. LI.

Quo facilius genus corruptelæ hujus egregii Evangeliarii perspiciatur, neve ego opinioni præstantiæ nimium indulgere videar, ingenue erratorum recensum exhibebo.

Matth. 3, 6 addit e Marc. 1, 5 ποταμῷ secundum plures intt. et cdd. gr. c. 4, 4 omittit cum cd. D ἐκπορ. δ. στόματος secundum Luc. 4, 4; quamquam Griesbachius in Comm. cr. p. 35 non omnino certus est, an e Deuter. 8, 3. illata sint ista verba. Matth. 5, 18 addit cum int. Arm. et Irenæo καὶ τῶν προφητῶν, c. 5, 44 verba καὶ προσεύχ. - ὑμᾶς ob homœoteleuton omittit, c. 6, 13 addit doxologiam et v. 14 τὰ παραπτώματα ὑμῶν addit cum pluribus intt., c. 8, 24 adjicit cum nonnullis cdd. gr. ἦν γὰρ ὁ ἄνεμος ἐναντίος αὐτοῖς e c. 14, 24 seu e Marc. 6, 48. *Matth.* 14, 15 post κώμας addit κύκλῳ e Marc. 6, 36 et Luc. 9, 12 secundum Arm. et marg. Syr. poster., c. 14, 24 habet cum pluribus intt. scholion ἤδη σταδίους πολλοὺς ἀπὸ τῆς γῆς ἀπεῖχε, sed una cum primigenia lectione μέσον τῆς θαλάσσης, quam intt. cognati extruserunt, c. 17, 7 ignorat ἐγέρθητε cum Copt., c. 17, 14 ἐλθὼν pro ἐλθόντων αὐτῶν cum D Vulg. It. Arab. e Marc. 9, 14. *Matth.* 19, 29 πολλαπλασίονα e Luc. 18, 30 suscepit cum Sahid. et cd. gr. L, c. 20, 7 δώσω ὑμῖν pro λήψεσθε e v. 4 cum Ar. Copt. Aeth., c. 21, 1 e Luc. 19, 29 ἤγγισεν et paullo post ἦλθον secundum Syr. Pers., et indidem post Βηθφαγῆ addit καὶ Βηθανίαν secundum cdd. gr. quosdam; c. 24, 2 ἀποκριθεὶς pro Ἰησοῦς e Marc. 13, 2 substituit cum cl. occ. et pluribus intt., c. 24, 6 ταῦτα pro πάντα e Luc. 21, 9 cum Copt. Aeth. Vulg. It., c. 24, 43 ὥρᾳ pro φυλακῇ e Luc. 12, 39 c. Ar. Vulg. It., c. 26, 8 τοῦ μύρου addit post αὕτη e Marc. 14, 4 c. Arm., c. 27, 17 τῶν δύο addit

post θέλετε e v. 21 cum Arm., c. 27, 26 αὐτὸν αὐτοῖς post παρέδωκεν adjicit ex Joh. 19, 16, c. 27, 49 post αὐτόν addit ex Joh. 19, 34 ἄλλος δὲ λαβὼν λόγχην ἔνυξεν αὐτοῦ τὴν πλευρὰν, καὶ ἐξῆλθεν ὕδωρ καὶ αἷμα cum fam. afr. cdd. gr. et Aeth.

Marc. 1, 2 ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ legit cum cl. occ. et plur. intt., c. 2, 16 ἐσθίετε καὶ πίνετε e Luc. 5, 30 cum cd. gr. 124, c. 7, 31 ἦλθε διὰ Σιδῶνος c. cl. occ. et plur. intt., c. 8, 29 in fine commatis addit ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ τοῦ ζῶντος e Matth. 16, 16 c. Syr. Pers., c. 15, 17. 20 χλαμύδα κοκκίνην καὶ πορφύραν e Matth. 27, 28. 31 cum Arm. et cdd. gr. 13. 69. 124. c. 15, 47 Ἰακώβου καὶ Ἰώσητος μήτηρ e v. 40 c. Arm. et cdd. 13. 69. 124. c. 16, 1 post Σαλώμη addit πορευθεῖσαι c. Arm., quod nescio an fuerit scholion ad ἐλθοῦσαι. c. 16, 4 ἦν γὰρ μέγας σφόδρα, καὶ ἔρχονται καὶ εὑρίσκουσιν ἀποκεκυλισμένον τὸν λίθον cum D.

Luc. 2, 40 ἐκραταιοῦτο ἡλικίᾳ e v. 52. c. 4, 25 post Ἠλίου addit τοῦ προφήτου c. Syr. Ar. c. 5, 22 in fine addit πονηρά e Matth. 9, 4 cum D Aeth. c. 6, 4 omittit ἔλαβε καί cum Syr. post. Arm. Aeth. D 1. 13. 69. 124 131 al. c. 6, 20 post πτωχοί addit τῷ πνεύματι e Matth. 5, 3 c. Ar. Arm. 1. 13. 69. 124. 131 al. c. 7, 26 οἱ ἱμάτια μαλακὰ ἠμφιεσμένοι ἐν τοῖς βασιλ. cum marg. Syr. post. c. 8, 27 καὶ χρόνῳ ἱκανῷ ἱμ. c. f. afr. et plur. intt. c. 8, 30 post λεγεών addit ὄνομά μοι e Marc. 5, 9 c. D Aeth. c. 8, 52 post ἀπέθανεν addit τὸ κοράσιον e Matth. 9, 24 c. Copt. Sahid. Vulg. cdd. 1. 13. 69. 131 al. c. 10, 16 in fine addit καὶ ὁ ἐμοῦ ἀκούων, ἀκούει τοῦ ἀποστείλαντός με c. Syr. post. Arm. Aeth. cdd. gr. 13 124. c. 10, 21 post πνεύματι addit τῷ ἁγίῳ cum cl. occ. et plerisque intt. c. 11, 30 in fine addit σημεῖον c. Ar. et nonnullis Evangeliar. gr. c. 24, 43 in fine addit καὶ λαβὼν τὰ ἐπίλοιπα ἔδωκεν αὐτοῖς c. Ar. Copt.

Joh. 1, 19 post ἀπέστειλαν addit πρὸς αὐτόν c. f. afr. et plur. intt. c. 1, 24 γραμματέων pro Φαρισαίων habet. c. 5, 7 ante κύριε addit ναί c. Syr. utr. Pers. Ar. c. 6,

sæpe confugiendum esset, atque regula palmaria, quæ scripturas ex internis argumentis ponderari jubet, eluderetur. Contra tantum valet istud præceptum, quantum sacro scriptori lectiones si non magis, tamen non minus convenientes serventur. Non me quidem præterit, Matthæo ex Olearii (observ. sacr. ad Ev. Matth. p. 30) sententia, Kuinœlio et novissimo interpreti Fritzschio (Comm. in Matth. p. 13) probata, ita subveniri, ut Davides bis computatus primum agmen claudat, ac simul secundum ducat. Sed qui hanc opinionem sequuntur, parum meminerunt, Matthæum, ut quatuordenarium numerum servaret, v. 8 tres generationes, scilicet Achasiam, Joasum et Amasiam, silentio transmisisse; ex quibus unum potius retinuisse, quam unum Davidem bis numerasse putandus est. Cetera pericula nodum extricandi quam inania sint, videre licet apud Fritzschium l. c. Objectionem Griesbachii in Comment. cr. p. 11 ab auctoritate codicum longe plurimorum ista verba ignorantium petitam parvi facio. Quem enim latet, plures etiam libros interdum quam nostro loco in errore inveterato conspirare? Griesbachium, qui c. 10, 8 longe plurimos cdd. a νεκρὺς ad λεπρὺς transiliendo verba νεκρὺς ἐγείρετε a paucioribus servata male omisisse scite cum Bengelio judicavit, eundem hic eadem æquitate uti decuit. Non minus Luc. 9, 55 sq. complures antiquissimi cdd. eandem ob causam comma prætermiserunt. Omittendi nostro loco eo magis occasio data est, si cum Kuinœlio et Fritzschio Comm. in Matth. p. 20 verba καὶ τὺς ἀδελφὺς αὐτῦ pro insititiis habeamus. Jechoniæ enim nulli, sed Jojakimi tres recensentur fratres 1 Chron. 3, 15, quorum mentione a scholiasta post τὸν Ἰωακείμ inter lineas assuta, facile verba infra scripta extrudebantur. Jam quæso, utrumcumque velis, eligas: si XXXII cdd. græcos ac præstantissimum Syrum hieros. probaveris, omnia

recte procedunt; sin cum Griesbachii Comm. cr. p. 11 eorum testimonium tanquam censoris correctionem spreveris, tibi habeto genealogiæ veritatem corruptam mutilumque Matthæum.

v. 18. γέννησις, quod Griesb. et Vaterus pauculorum cdd. auctoritate freti in γένεσις mutarunt, reponatur. Ipse enim Evangelista inter genus Christi (γένεσιν) v. 1 et inter ejus nativitatem (γέννησιν) v. 18 discrimen statuere videtur, æque ac scholion Origenis, qui diserte h. l. γένν. habet, a Griesb. literis mandatum. Video quoque Dav. Schulzium, qui nuper editionem Griesb. tertium curavit, et hic et Luc. 1, 14 γέννησ. tueri.

C. II.

v. 9. Perperam cd. 1 pro lectione ἔστη vulgo excitatur; imo reperi in eo ἐστάθη, quod est in cl. occ. et 33.

v. 17. cap. 3, 3. Utrobique cl. occ. διά pro ὑπό habet, et Griesb. in Comm. cr. p. 22 Matthæum constanter (undecies) formulam διὰ τοῦ προφήτου frequentare docet, quam ipsam librarios recordatos hic invexisse incusat Fritzschius in Matth. p. 94. Sed veri similior suspicio est, διά in ὑπό propter usum vulgarem quam ὑπό in διά propter consuetudinem Matth. depravatum esse. Scholion in D aliisque obvium ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ Ἱερεμίου dubito, an in textum irrepserit, nisi διὰ Ἱερ. primitus scriptum foret. Ea vero lectio, quæ scholio egere videbatur, vera esse solet, eaque Schulzio quoque probata est. Similiter c. 21, 4 διὰ τοῦ προφ. in ὑπὸ τ. πρ. correctum in L Z 13. 69. 124.

v. 18. θρῆνος καί seu scholion ad κλαυθμός, sive ex LXX assumtum, ejiciatur secundum *Syrum hieros.*, fere omnes intt. et cdd. græcos B K 1. 22, ad quos cod. Dublinensis Z seculi VI accedit. Non enim Matth. ipse intt. alexandr. expressit, qui φωνὴ -- θρήνου καὶ κλαυθμοῦ καὶ ὀδυρμοῦ habent; neque ulli

Wetstenium et Fritzschium in Matth. p. 95 persuasuros esse arbitror, codd. illos, gr. exaratos esse ad instar translationum, quæ in tribus synonymis transferendis laborarent.

C. III.

v. 10. καὶ post δὲ absit auctoritate cl. occ. Debetur loco parallelo Luc. 3, 9, ubi codex D compensationis gratia καὶ æque ac in Matthæo omisit. Cum vero ob loca parallela sæpissime peccatum sit, hæc causa adjectionis probabilior est, quam causa omissionis, quæ Griesbachio in Comm. cr. p. 24 sq. videbatur, quasi librarii vim particulæ καὶ non assecuti fuerint.

v. 11. καὶ πυρὶ e Luca 3, 16 invectum recte ignoratur a *Syro hier.* et octoginta quinque pluribusve cdd. gr. Euthymius quoque in Commentario diserte soli Lucæ tribuit. Nego itaque antiquiora exemplaria græca esse audienda, quamquam etiam in iis, quæ omittunt, sunt seculi VIII. IX et X. A perveteribus documentis (Peschito e. g.) item v. 12 αὐτοῦ post σῖτον omittendo et post ἀποθήκην rejiciendo Lucas 3, 17 exprimebatur, (Fritzschio in Matth. p. 141 male annuente,) unde alibi illud αὐτοῦ omnino intercidebat. Quod Griesb. in Comm. cr. p. 28 objicit, in Marci et Johannis locis parallelis nonnisi paucissimos cdd. e Luca καὶ πυρὶ invexisse, contra in Matthæo antiquissimos et præstantissimos καὶ πυρὶ exhibere, nihil sane dicit, cum inter omnes constet, cdd. vetustate et excellentia pollentes nihilominus ad augendum contextum e locis par. proclives fuisse. Tum dubito, an Griesbachius cuiquam persuasurus sit, ex Evangeliariis lectionem ecclesiasticam in verbis ἐν πνεύματι ἁγίῳ finientibus omissionem istam natam et propagatam esse. Quis enim non videt, lectionem publicam, nisi καὶ πυρὶ spurium habitum esset, in verbis ἐν πνεύματι ἁγίῳ non desiisse? Neque felicius Fritzschius in Matth.

p.

p. 137 e sententiarum nexu verbis spuriis patrocinari videtur; quibus demtis idem significatur de summa Chr. potestate; ne interpretatio quidem verborum καὶ πυρί, quam contextus requirere videbatur Fritzschio, tanquam de ignis supplicio hominibus infligendo, satis certa vel commendabilis est.

C. IV.

v. 4. Veteres librarii in h. l. refingendo Luc. 4, 4 abusi sunt, unde etiamnum textus laborat: ὁ ante ἄνθρωπος pauci cdd. addunt, non improbante Griesb., idque ego reperi et in cd. 1*; in Luca plures etiam articulum omiserunt, ut vicissim Matthæum imitarentur. Pro ἐπί, ut in Luca est, septem tantum cdd. (c D al.) rectius ἐν exhibent. Tum verba ἐκπορευομένῳ διὰ στόματος a nonnullis perveteribus documentis Lucam secutis absunt. Mox v. 5 cl. occ. ex ἵστησιν secundum Luc. 4, 9 ἔστησεν fecit.

C. V.

v. 11. ῥῆμα, quod a *Syro hier.*, documentis fam. lat. et cdd. gr. B D recte abest, minus cur omissum, quam cur additum sit, explanandi scilicet gratia, intelligitur. Simile genus loquendi occurrit Act. 28, 21 ἐλάλησέ τι περὶ σοῦ πονηρόν, quod tamen non est ejusmodi, ut n. l. consulto omittendi ῥῆμα occasionem dedisse videatur. Amat vero Matthæus ellipses, e. g. c. 10, 42 ψυχροῦ, scilicet ὕδατος, quod cod. D cum plur. intt. male adjunxit; c. 28, 15 μέχρι τῆς σήμερον, ubi cl. occ. ἡμέρας perperam addidit. Schulzius, qui nuper ed. Griesb. adauxit, item ellipsem probavit. — Mox ψευδόμενοι Griesbachio, Gratzio et Fritzschio ad h. l. p. 208 merito suspectum videbatur, cum modo hoc ab Origene, Tertulliano et cd. D (qui additamentorum quam brevitatis amantior esse solet), modo ἕνεκεν ἐμοῦ omitteretur, modo utrumque transponeretur; et vereor, ut hoc scholion Matthæo obtrudendum sit, cum Jesus brevi-

loquentiæ studiosus jam in dicto ἕνεκεν ἐμοῦ vana et mendacia convicia significarit.

v. 28. αὐτῆς, in cujus locum Scholzius αὐτὴν substituit, facile ob proximum αὐτὴν a festinantibus librariis in eundem sonum mutabatur. Inveni vulgarem scripturam etiam in cd. 1. — Verba ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, quæ unusquisque sponte subaudit, a *Syro hier.* et Clemente alex. ter absunt, quod probe notandum.

v. 39. σου e sequente syllaba σιαγ. bis lecta natum adeoque ejiciendum esse videtur. Abest enim a cl. or. (et 1. 33), et in cl. occ. vestigia supersunt, aut supra lineam aut margini esse adscriptum. Nam omittendi infra scripti δεξιάν in nonnullis documentis latinis causa exstitit; in aliis (BD) transponendi σου post σιαγόνα.

v. 44. Cum dubitare liceat, utrum verba εὐλογεῖτε - τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς ob homœoteleuton omissa, an e Luc. 6, 27 ordine inverso illata sint; eadem causa omissionis verborum ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς καί (in B, 1, 11. 22 al.) supponi nequit, sed ea ex Luca male assuta esse duco; præsertim cum inde et omissio verborum καὶ διωκόντων ὑμᾶς et transpositio verborum ἐπηρεαζ. ὑμᾶς post διωκόντ. ὑμᾶς explicetur. Vicissim e Matthæo in Luca 6, 28 καί ante προσεύχεσθε assumserunt vulgares editiones. — Accusativum τοὺς μισοῦντας, ut optimi quique Græci loquuntur, Griesb. et Scholzius in τοῖς μισοῦσιν mutarunt; sed cum Lucas immutandi ansam præbuisse videri possit, vereor ut bene fecerint.

C. VI.

v. 1. προσέχετε δέ e LZ 1. 22. 33 al. pluribusque intt. scribe. Inchoat enim h. l. lectio publica, quapropter conjunctio ejici cœpta est.

v. 6. Aut hic aut v. 4 verba ἐν τῷ φανερῷ delenda censet Griesb., utpote ex alterutro loco repetita; quemadmodum v. 18 eadem in paucis libris assuta

sunt. *Syrus hieros.*, qui v. 4 agnoscit et v. 6 a prima manu præterit, calculo suo rem expedire videtur. Utroque loco ea omittere vidi cdm. 1 cum B D Z.

v. 18. κρυφαίῳ, ut B D 1. 22 bis habent, præfero, cum vulgare κρυπτῷ e v. 4. 6 depromtum sit. Hallucinatur Fritzschius in Matth. p. 274 ratus, illam rariorem scripturam a falsa interpretatione τῷ κρυφαίῳ *occulto Deo* profectam esse. Nam primum hujus interpretationis nullum vestigium remanet; deinde etiamsi tentata foret, nulla causa fuit, τῷ κρυπτῷ in τῷ κρυφαίῳ mutandi.

v. 25. καὶ τί πίητε in paucis documentis (cdd. 1 4. 22) propterea desiderantur, quod a loco parall. Luc. 12, 22 absunt. Sed contra suspicari licet, e v. 31 invecta esse, præsertim cum nonnulli libri æque ἢ τί πίητε legant, (male annuente Fritzschio in Matth. p. 279). Quoniam in utramque partem disputari potest, suspicienda auctoritas codicum, quorum maxima pars illa verba tuetur.

C. VII.

v. 24 et 26. τούτους post λόγους, quod a *Syro hier.* aliisque aliquot intt., nonnullis patribus et cdd. gr. (priore loco etiam a cd. B) omittitur, rectius sane abest; suffragante Fritzschio p. 299. Namque inopportune demonstrativo λόγοι ad hancce unam orationem restringuntur, qui potius generatim accipiendi sunt, cum ii, qui ejus dicta audiant et observent, scite iis v. 21 æque generaliter significatis, qui dominum verbis colant, sed factis negligant, opponantur. Contra v. 28 certa oratio demonstrativo recte definitur, unde illuc translatum a male sedulis librariis videtur. Ita Lucas 6, 46 sq. sententiæ tenorem optime assecutus, eam comparationem cum verbis: τί με καλεῖτε κύριε, καὶ οὐ ποιεῖτε ἃ λέγω, junxit, et universe ἀκούων μου τῶν λόγων perrexit.

v. 27. Quod post μεγάλη in eodem *Syro hier.*, Armeno et cdd. gr. 13. 33. 124 et al. additur σφόδρα, probe notandum est, quoniam id censoribus magis supervacaneum, quam ut adderetur necessarium videri oportuit. Schulzius quidem c. 2, 10 comparavit; sed cum inter hunc et nostrum locum multum intersit, vereor, ut ille recte collatus sit.

v. 29. *Syrus hier.* cum tantum non omnibus intt. Eusebius, Augustinus et bonæ notæ cdd. B K 1. 13 17. 21. 22. 33. 118. 124. 276. 248 post γραμματεῖς addunt αὐτῶν, quod vel casu vel consilio vulgo excidisse prope fidem accedit: casu, quia antiquitus assuta sunt verba καὶ οἱ Φαρισαῖοι, quæ infra scriptum αὐτῶν facile in communem interitum trahere potuerunt; consilio, quia loco par. Marc. 1, 22 αὐτῶν abest, ubi tamen e Matthæo quidam αὐτῶν exceperunt.

C. VIII.

v. 3. ὁ Ἰησοῦς in nonnullis libris desideratur, propter locum par. Luc. 5, 13, ubi vice versa hinc in quibusdam λέγων pro εἰπών scribitur. Quare de veritate lectionis receptæ, quæ utrobique Griesbachio suspecta videbatur, noli dubitare.

v. 8. λόγῳ, uti Griesb. loco λόγον e ceteroquin idoneis testibus (in quorum numero esse video etiam cd. 1) recepit, mihi quidem nondum certum est, quod e l. par. Luc. 7, 7, ubi quidam cdd. per compensationem e Matth. λόγον correxisse videntur, facile irrepsit; monente jam Wolfio. Quum vero plurima errata e locis parallelis originem duxerint, eæ lectiones, quæ inde probabiliter petebantur, jure suspectæ sunt. Conferatur præterea modus dicendi Matthæo consuetus λόγον εἰπεῖν c. 12, 32. 26, 44, ἀποκριθῆναι λόγον c. 22, 46.

v. 9. ὑπὸ ἐξουσίαν *Syrus hier.* omittit, cujus rei causa multo minus apparet, quam causa intrudendi ista verba e loco par. Luc. 7, 8, quæ etiam plene a cod. B alioque et intt. latinis hoc modo repetita

sunt: ὑπὸ ἐξυσ. τασσόμενος, quo magis origo corruptelæ pateret. Accedit, quod ἄνθρωπος non haberet, unde penderet, si εἰμί ad verba ὑπὸ ἐξυσίαν pertineret; quam rem non minus quam locutionem εἶναι ὑπὸ ἐξυσίαν admiratus est Fritzschius in Matth. p. 313. Sententiæ porro elegantia omissionem suadet; namque conjunctione καὶ γάρ centurionis partes cum potestate Jesu comparantur, neque vero quidquam refert dicere, ipsum alienæ potestati subditum esse; sed quemadmodum ipse oratione rem perficere soleat, ita Jesum eadem uti jubet. Ne v. 8 quidem verba ὁ παῖς μυ, quæ in duobus libris 1. 118 desiderantur, et facile e Luca supplebantur, suspicione vacant. Non tamen hæc, sed illa a textu prohibenda censuerim.

v. 13. αὐτῦ tanquam scholion auctoribus *Syro hier.*, intt. latinis et Copto ac cdd. gr. B 1. 22. 33 118 ejiciatur.

v. 15. Vereor, ut Griesb. in Comm. cr. p. 87 originem lectionum variantium αὐτῷ (in cl. or. et parte fam. afr. B C Arm. Syr. post. Orig.) et αὐτοῖς (in f. lat. et parte f. afr. L 1. 13. 33. 124 et al. Sahid.) recte explicarit, ut si librariis pluralis αὐτοῖς, prævia et sequente mentione de uno Jesu, insolens visus, adeoque in αὐτῷ corruptus sit. Quid ni enim iidem librarii in locis par. Marc. 1, 31 Luc. 4, 39, ubi eadem occasio errandi obvenerat, idem peccatum commiserunt; cur ibi constanter διηκόνει αὐτοῖς descripserunt? Quapropter hæc ipsa loca, ut sexcenties alibi, ad corruptelam impulisse cum Millio, Bengelio et Wetstenio arbitror, et αὐτῷ veram esse scripturam judico, quam a Scholzio receptam esse jam video.

v. 32. εἰς τὴν ἀγέλην τῶν χοίρων velim retineas auctoritate cl. or. et interpretis Gothi apud Zahnium, cum scriptura a Griesb. recepta εἰς τὺς χοίρυς e locis par. Marc. 5, 13 Luc. 8, 33 irrepsisse videatur.

(13, 346 ap. Scholz.) utrumque ita conjunxerunt: καὶ Θαδδ. ὁ ἐπικληθεὶς Λεββαῖος, maxima vero pars cdd. inverso ordine καὶ Λεββ. ὁ ἐπικλ. Θαδδ., unus denique, et Luca et Marco una expressis: Ἰούδας ὁ καὶ Λεβαῖος (sic) ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Hæc indicia tam luculenta sunt, ut contraria suspicio Griesbachii in Comm. cr. p. 100, ut si ὁ ἐπικλ. Θαδδ. ob homœoteleuton exciderint, parvi æstimanda videatur. Gaudeo magnum Bengelium mecum facere, et Schulzium, nuperum editorem Griesb., annotare: ἐπικαλεῖσθαι, vocem Lucæ usitatissimam, in Matth. alibi non occurrere. Huc accedit interna ratio, qua adducor, ut simplicitatem scripturæ καὶ Λεββ. præferam: nam e Luc. Ev. 6, 16 Act. 1, 13 Joh. 14, 22, ubi apostolus proprio nomine Judæ vocatur, intelligitur, et Lebbæum et Thaddæum ejus fuisse cognomina, eaque sane a similibus radicibus derivata: לִבָּאִי a לֵב (cor) et תַּדָּאִי a תַּד (mamma); nisi Lebbæum a Lebba patria dictum malueris, ut Lightfootus opinatur. Igitur si Matthæus integre scripsisset, dicere debuit: καὶ Ἰούδας ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος (seu Λεββαῖος). D. Fritzschius in Matth. p. 360 arbitratu suo Θαδδαῖος nomen et Λεββαῖος cognomen esse ratus, unum cd. 13 secutus invertit ordinem sic: καὶ Θαδδ. ὁ ἐπικλ. Λεββ.

v. 8. Verba νεκροὺς ἐγείρετε oculis potius librariorum cl. or. ad simile λεπροὺς delapsis excidisse, quam ex ingenio censorum collato dissimili loco c. 11, 5 provenisse puto. E margine restituta alieno loco in paucis libris scriptis et vulgaribus impressis post καθαρίζετε, ab uno e libris latinis ante ἀσθενοῦντας, et ab aliis documentis post ἐκβάλλετε posita sunt, eademque supra lineas scripta causa omittendi tum λεπροὺς καθαρίζετε tum δαιμόνια ἐκβάλλετε exstiterunt. Verum ordinem e cl. occ. Griesb. jam restituit, et in Comm. cr. p. 101 sqq. de hoc loco docte disputavit.

Quod

Quod apostoli hoc tempore, quo nulla mortuorum ab iis resuscitatorum mentio fit, facere jubebantur, etiam ad posterum pertinebat, quo sane mortui eorum opera vitæ redditi perhibentur. Fritzschius p. 363 duos tantum eosque inferioris ordinis cdd. gr. secutus, verbis νεκρ. ἐγείρ. post δαιμ. ἐκβάλλ. sedem assignavit, ne ἀσθενοῦντες a leprosis et dæmone obsessis tanquam totum a suis partibus disjungerentur. Ego vero non video, cur ἀσθενοῦντες ea generali potestate, qua νοσοῦντες, necessario accipiendi sint, quin infirmi, mortui (ut infirmitate oppressi), leprosi ac malis geniis vexati commodo ordine se excipiant. Imo triplex malum apostoli sanare et expellere jubentur: infirmitatem, cutis scabiem et dæmones; quo magis patet, post ἀσθενοῦντας recte sequi νεκρούς, ut qui eadem infirmitate, sed plus illis laborent.

v. 10. ῥάβδους e plurimis utriusque classis cdd. præeunte Scholz. rescribe; nam ῥάβδον, ut pauciores cdd. scripti (BD 1. 33. 118 alii) habent cum impressis, e loco parallelo Luc. 9, 3 depromtum videtur. Marcus, qui brevitatem Matthæi sæpe interpretatur (e. g. c. 2, 21 cf. Matth. 9, 16), c. 6, 8 εἰ μὴ ῥάβδον μόνον non dicere poterat, nisi h. l. pluralem numerum μηδὲ ῥάβδους deprehendisset. Vice versa in Luca nonnulli ῥάβδους e Matth. correxerunt.

C. XI.

v. 8. ἱματίοις nescio an rectius omittatur a documentis occid. (BDZ Matth. B It. Vlg. Tertull. Hilar. Hier. August.) Facilius enim e Luca 7, 25 suppletum irrepere, quam excidere potuit. Amat vero Matthæus ejusmodi ellipses, ut ad cap. 5, 11 docui. Nunc video etiam Schulzio ἱματίοις improbari. Cf. Bos. ellips. p. 204 ed. Schæfer.

v. 10. et l. p. Luc. 7, 27 ἔστι pro ἐστι scribe.

v. 16. παιδίοις καθημένοις ἐν ἀγοραῖς, ἃ προσφωνοῦντα τοῖς ἑταίροις λέγουσιν, ita castigandus locus, cum au-

ctoritate cl. occ., tum ut minus concinat cum l. p. Luc. 7, 32, quem interpolatores expressisse videntur, et ἐν ἀγορᾷ (seu ἀγοραῖς) καθημένοις invertendo in cl. or.*), et καὶ προςφωνοῦσι τοῖς ἑταίροις (seu ἑτέροις) αὐτῶν καὶ λέγουσιν mutando. Repudiavit Fritzschius p. 406 illam scripturam, motus contorta hujus loci interpretatione, cujus se ipse auctorem esse prædicavit. Nimirum vulgarem lectionem secutus, τοῖς ἑταίροις αὐτῶν non a προςφωνοῦσι pendere, sed participium ad ἑταίρ. pertinere ratus, duas puerorum catervas distinguit, quarum una (παιδία ἐν ἀγ. καθήμενα) insolens æquales Jesu, altera (ἑταῖροι προςφωνοῦντες) priorem exprobrans Jesum et Johannem repræsentet. Sed pluribus causis adductus secus sentio. Primum e Fritzschii mente Jesus se ipse et Johannem ad γενεὰν ταύτην accenset, ad quam quidem a Deo missi erant, sed eo minus pertinebant, quod illa ipsa oratione homines ejus seculi perstringebantur. Deinde duo participia vocula καί copulata cum eodem nomine παιδία naturali nexu jungi oportet. Tum locus geminus Lucæ docet, quam apte Jesu æquales cum istis pueris increpantibus conferantur: si istic nulla alia via interpretandi datur, non video, cur hic eadem inopportuna vel absurda videatur. Non enim par est urgere similitudinem, sed eo spectat comparatio, Jesu æquales esse homines morosos et putidos, quibus nullo modo satisfieri possit, itaque consimiles esse pueris, qui secum discordes nunquam contenti sint. Qui increpant quique increpantur, una est sodalitas, neque quidquam attinet, alios ab aliis increpari, sed huc respicitur, neminem cum alio conspirare. In parabolis similitudo non tantum in dativo, cui aliqua res personave similis dicitur, sed latius in omni enunciatione quæ-

---

*) Utrumque ita conjunxit cd. 1, quem inspexi: ἐν ἀγορᾷ καθημ. ἐν ἀγωραῖς (sic).

renda est, ut c. 13, 24. 25, 1. Quod si nostrum locum recte intelligimus, nihil obstat, quo minus emendationem supra expositam amplectamur.

v. 23. ἡ ἕως τοῦ οὐρανοῦ ὑψώθης, ita e cdd. utr. cl. emenda; namque in lectione vulgari ἡ - ὑψωθεῖσα iterum Lucas 10, 15 expressus est. Fam. afr., litera μ præcedentis Καφαρναούμ cum pronomine ἡ conflata, μὴ - ὑψωθήσῃ; et in Matth. et in parall. Luca correxit.

C. XII.

v. 28. Transpositionem cl. occ. ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγώ Griesb., Knappius et Scholzius adoptaverunt, quamvis in ejusmodi rebus minus ponderis habeat ea classis, quæ item v. 27 κριταὶ ἔσονται ὑμῶν transposuit. Cum ab Armeno Syr. post. cdd. It. et Ambrosio ἐγώ omnino absit, eo magis ejusdem classis cdd., qui transponunt ἐγώ, suspectæ fidei sunt, sive transpositio omissionem, sive omissio transpositionem pepererit.

v. 29. Et hic et in parallelo Marc. 3, 27 plures veteres cdd. utr. cl. διαρπάσῃ vice indicativi exhibent, ita ut alterutro certe loco hanc germanam esse scripturam eamque in alterum esse translatam credibile sit. Sed in affirmativa oratione Marci post verba ἐὰν μὴ πρῶτον τὸν ἰσχυρὸν δήσῃ ratio postulat clausulam quandam, qua facta denuo affirmare videtur: καὶ τότε τὴν οἰκίαν αὐτοῦ διαρπάσει. Contra in locutione interrogativa, qua usus est Matth., utrumque aptius connectitur, nota interrogandi in fine commatis demum apposita: ἐὰν - ἰσχυρὸν, καὶ τότε - διαρπάσῃ; Si postrema verba ad interrogationem responderent, conjunctio καί, quæ jam in Marco difficultatis nonnihil affert, magis etiam offenderet. Igitur si non Marco, Matthæo certe subjunctivum esse vindicandum censeo. In simili causa Matth. 13, 15 Marc. 4, 12. 27 studium librariorum cernitur, subjunctivi in indicativum mutandi. Cæterum men-

dum notare oportet ed. Scholzii, qui codici 1 lectionem ἁρπάσαι attribuit; habet enim διαρπάσαι.

C. XIII.

v. 30. Nescio an brevior lectio cd. D: δήσατε δεσμὰς πρὸς τὸ κατακαῦσαι omissis αὐτὰ εἰς et αὐτά post κατακ. verior sit. Facilius interpretandi causa adaucta quam diminuta est oratio. Eaque gradatim amplificari cœpta est, nonnullis cdd. gr. (in quorum numero ego deprehendi et 1) et intt. αὐτὰ δεσμάς probante Griesb. exhibentibus, X 30 solum αὐτά (utpote supra lineam positum) prætermissis εἰς δεσμάς præbentibus, aliis denique plenius αὐτὰ εἰς δεσμάς et κατακ. αὐτά legentibus. Augustinus neutro loco αὐτά agnoscit, et utroque unus alterve codex scriptus hac in omissione codici D suffragatur, posteriore etiam intt. latini et Armenus. Cæterum invitis veteribus exemplaribus, quantum sciam, vulgo δέσμας editur. Intt. LXX Exod. 12, 22 et Phavorinus δεσμή scripserunt, Hesychius contra δέσμη (cf. Wetsten. n. T. I p. 404).

v. 33. ἔκρυψεν secundum cl. or. et complures testes fam. afr. rescribe. In l. p. Luc. 13, 21 item variant libri veteres inter ἐνέκρυψεν et ἔκρυψεν, ita ut appareat, alteroutro loco ἔκρυψεν scriptum esse, idque in alterum transiisse. Verum in Matthæo majorem auctoritatem externam habere videtur verbum simplex.

v. 36. Verba ὁ Ἰησοῦς Griesb. et Vaterus duplice obelo notaverunt. Sed quoniam cl. or. habet οἰκ. ὁ Ἰησοῦς, Origenes, cdd. gr. 1. 118 et tria Evangeliaria οἰκ. αὐτοῦ (seu αὐτοῦ) absque ὁ Ἰησ., unus 75 junctim οἰκ. αὐτοῦ ὁ Ἰησ. et cl. occ. (B D Cpt. Aeth. Vulg. It.) οἰκίαν omissis αὐτοῦ et ὁ Ἰ., verisimile est, aut αὐτοῦ aut ὁ Ἰ. tanquam scholion in linearum interstitio positum effecisse, ut vel alterumutrum vel utrumque e textu detruderetur. Igitur aut αὐτοῦ aut ὁ Ἰησ. legendum. Quia vero cd. 1 transponit ὁ Ἰ. post ὄχλους,

puto id ipsum olim intra lineas injectum a cl. or. in locum αὐτοῦ substitutum, a cl. occ. incerta utrumque omissum esse, et egregium cd. 1 veram scripturam servasse.

v. 51. κύριε, quod non minus sæpe quam facile a censoribus religiosis adjectum est, deleatur auctoritate *Syri hier.* consentientis cum Origene, Hilario, intt. Copto, Vlg., anglosax. et cdd. gr. B D 1. 13. 124.

v. 54. ἐκπλήσσεσθαι cum ceteri optimi quique cdd., tum Bas. 1, quem inspexi, scribunt: v. ad Act. 17, 7.

C. XIV.

v. 3. Φιλίππου, quod a fam. lat. abest, suspicione non vacat, e l. p. Marc. 6, 17 suppletum esse, cum inde et in fine commatis nonnulli veteres cdd. ὅτι αὐτὴν ἐγάμησεν addiderint. Item Luc. 3, 19 scholion Φιλίππου vulgares libros impressos invasit.

C. XV.

v. 27. Animadverte, addi exeunte commate a *Syro hier.* Peschito et Pers. καὶ ζῇ, cujus intrudendi nullam occasionem dedit l. p. Marc. 7, 28, quamlibet etiam istic Syr. hier. unus idem adjunxerit. Nihil tamen mutandum.

v. 32 et l. p. Marc. 8, 2 Griesb. nominativum ἡμέραι recte restituit; ita sine lectionis discrepantia Luc. 9, 28, quem tamen non pro loco parall. habeto. Dupliciter n. l. correctum est: a parte cl. or. ἡμέρας, quod vulgares libri impressi, a f. lat. ἡμέραι τρεῖς εἰσι, καὶ προςμένει, quod Fritzschius in Matth. p. 522 adoptavit.

v. 39. Nota varietatem in nomine vici h. l. tantum memorati Μαγαδάν, ut in *Syro hier.* Pers. et cdd. gr. B D exstat. Cf. Grotium ad h. l.

C. XVI.

v. 5. Transpositio cd. D int. It. et Hilarii: Καὶ ἐλθόντες εἰς τὸ πέραν, ἐπελάθοντο οἱ μαθηταὶ omisso αὐτοῦ,

non contemnenda est. Ita enim verbum ἐλθόντες una Jesum tecte et scite complecti videtur. Contra secundum vulgarem ordinem verborum existimare poteris, discipulos sine magistro trajecisse. Sed id ultro affirmat D. Fritzschius in Matth. p. 528, Jesum enim jam prius c. 15, 39 in fines Magdalenses navigasse, discipulos objecto nescit quo impedimento non statim eum consecutos esse, sed demum v. 5 eum locum, quo Jesus cum Pharisæis et Sadducæis disputasset, petiisse. Hanc vero rationem multifariam laborare arbitror. Primum quod ipsa verba attinet, dura certe esset structura, v. 4 Jesum abeuntem dici, sed de ejus itinere Cæsaream facto v. 13, jam agi, ut Fritzschio videbatur, atque v. 5 aliam rem interponi sic illatam: καὶ ἐλθόντες. Mallemus, postquam de profectione Jesu v. 4 sermo fuit, cognoscere v. 5, quo venerit. Deinde e sententia Fritzschii τὸ πέραν v. 5 esset litus occidentale lacus Tiberiadis, ubi discipuli magistrum offenderint: verum constans usus sacr. scriptorum fert, ut τὸ πέραν τοῦ Ἰορδάνου litus orientale sit. Sin hæc formula solemnis hic quoque tenetur, necesse est Jesum, tum in occidentali parte lacus versatum (c. 15, 39), una cum discipulis trajecisse. Id quod opportune confirmatur loco gemino Marci, qui c. 8, 10 diserte et discipulos ait magistrum in loca Dalmanuthæ (quæ ad Magdala sita fuisse putanda sunt) proficiscentem comitatos esse, et Jesum v. 13 inde conscensa navi in orientale litus trajecisse (εἰς τὸ πέραν), priusquam Cæsaream pervenerit; ita ut eandem viam, qua a finibus Tyriis per Decapolin in parte orientali Jordani ad lacum Tiberiadem profectus sit (Marc. 7, 29), repetierit. Nam quod in itinere Bethsaidam attigisse dicitur Marc. 8, 22, hanc non fuisse illam in litore occidentali Tiberiadis sitam existimo, sed aliam ejusdem nominis in orientali, a Philippo rege in urbem mutatam et Juliadem

appellatam (Joseph. Ant. XVIII, 2), quæ eadem Luc. 9, 10 (cf. Joh. 6, 1) intelligi debet. Quod vero summus Grotius v. 5 ita interpretatus: „quum in ulteriorem ripam proficiscerentur," censuit, verba quæ v. 5—12 leguntur inter navigandum facta esse; nihil est quod Fritzsch. obloquatur. Is enim aoristo ἐλθόντες sine causa vim plusquamperfecti attribuit, sic vertens: ubi venerant, seu postquam iverant. Cæterum satis exploratum est, ἔρχεσθαι valere quoque proficisci, cum in n. T. tum Homero jam hoc sensu usurpatum (e. g. Od. XXIV, 214: ἔλθετε ite).

v. 13. με e l. p. Marc. 8, 27 et Luc. 9, 18 intrusum, et in cd. c post λέγουσι positum, deleatur auctoritate *Syri hier.* plerorumque intt. et cd. gr. B, probantibus Millio, Bengelio, Kuinœlio et Fritzschio p. 532, ubi mala pericula interpretandi scripturam vulgarem videre licet.

v. 26. ὠφεληθήσεται scribe secutus fam. afr., Syr. utrumque Sahid. Orig. Cyr. alex. Cypr.; nam vulgare ὠφελεῖται e l. p. Luc. 9, 25 desumtum. Per compensationem hinc unus cdd. in Luca ὠφεληθήσεται et in Marc. 8, 36 item unus ὠφεληθήσ. correxit.

v. 28. Lectio complurium cdd. or. εἰσί τινες ὧδε ἑστῶτες observatione digna, neque satis mihi constat, veriorne sit nec ne; cum vulgaris e l. p. Marc. 9, 1 Luc. 9, 27 facile irrepserit. Quæ postquam scripseram, cognovi, a Bengelio quoque, Wetstenio et Scholzio primum casum secundo præferri. Sed quod Fritzschius p. 545 recipere non dubitavit: εἰσί τιν. τῶν ὧδε ἑστῶτες, id ab uno e Mosquensibus tantum suppeditatum, auctoritate idonea caret, ex utroque lectionis genere, orientali occidentalique, haud dubie conflatum est, atque miram ac peregrinam structuram præbet, qua participium ἑστ. a suo adverbio ὧδε divulsum, insulsam vim nanciscitur. — Ibidem perperam αὐτοῦ vulgo editur, ubi spiritum lenem præfigi oportet.

C. XVII.

v. 5. ἀκούετε αὐτοῦ legit cl. occ. (B D 1, 33 Orig. Tert.), quod nescio an rectius sit, cum l. p. Marc. 9, 7 Luc. 9, 35 ad ordinem mutandum occasionem dederint.

v. 21. Adverte, hoc comma, cujus adjectio e l. p. Marc. 9, 29 facilis et victui monachorum exarantium consentanea fuit, contra cujus omittendi causa nulla perspicitur, a *Syro hier.* Sahid. Copto Aeth. uno e cdd. It. et cdd. gr. B 33 ignorari, probante Millio. Vestigia Marci propius sequuntur nonnulli cdd., ἐξέρχεται pro ἐκπορεύεται exhibentes. Ne in Marco 9, 29 quidem verba καὶ νηστείᾳ, quae a B absunt et ab intt. nonnullis transponuntur, satis firma sunt, utpote placitis, quae Chr. alibi professus est (c. 9, 14. 11, 19. 15, 11. 17), parum convenientia. Itidem 1 Cor. 7, 5 jejuni monachi verba τῇ νηστείᾳ cum προσευχῇ conjunxere, ubi jam Griesb. Paulo opem tulit. Quamquam non infitias eo, antiquam ecclesiam cum precibus solemnibus jejunia frequentasse (Act. 13, 2. 3. 14, 23).

v. 26. ὁ Πέτρος dele: abest a *Syro hier.* al. intt. B D et Cyr. alex. Simile scholion refersit Peschito, Σίμων loco ὁ Πέτρος exhibens.

C. XVIII.

v. 7. ἐκείνῳ, quod a cl. occ. abest, familiare est Matthaeo, cui a nonnullis cdd. alibi quoque detractum est: cf. v. 27. 28 c. 7, 25. 27. 22, 7. 10. 24, 46 48. 50. 25, 7. 19. 26, 24.

v. 11. Abest hoc comma a *Syro hier.* Sahid. Copto uno cdd. It. Orig. Hier. B L* 1* (qui tantum in marg. liquore rubro scriptum habet) 13. 33, eoque minus dubitandum, quin e Luc. 19, 10 contextus causa insertum sit, quod complures cdd. et intt., adjectis ζητῆσαι καὶ ante σῶσαι, Lucam ad verbum expresserint. Versiculum damnaverunt Griesb. Comm. cr. p. 149, Paulus et Kuinoelius, defendit nuper Fritzschius p. 576, levissimis argumentis adductus,

ctus, quæ in contrariam partem æque retorquere licet: scilicet ad contextum v. 11 non opus esse, imo conjunctione γάρ nexum sententiarum aliquantum turbari. Postquam enim v. 10 vetitum est, parvulos contemtui habere; apte v. 12 sqq. Dei patris benevolentia erga salutem eorum significatur. Quod vero Fritzsch. suspicatur, librarios, si v. 11 auctores fuissent, loco impeditioris γάρ particulam δέ posituros fuisse; viæ, qua veteres libri corrumpi cœpti sint, ignarus videtur. Primo enim v. 11 a lectore memore ad marginem tantum adscriptus, deinceps fraudi fuit librariis, qui ad calamum intenti γάρ in δέ mutare supersedebant.

v. 19. Quod modo πάλιν, modo ἀμήν in veteribus documentis desideratur, modo utrumque jungitur πάλιν ἀμήν, ut Griesb. exhibet, indicatur, alterumutrum e correctione injectum esse, et quidem e commate præcedente ἀμήν, cum πάλιν a paucis tantum absit. Sic reperio in cd. 1: πάλιν λέγω.

v. 29. πάντα e v. 26 repetitum, a plurimis utr. cl. cdd. abest, in K post σοι transponitur, a Scholz. recte omittitur. Est quidem in cd. 1.

C. XIX.

v. 4. αὐτοῖς, quod e l. p. Marc. 10, 3 illatum et ab Armeno ante εἶπεν transpositum est, absit auctore cl. occ.

v. 5. κολληθήσεται e pluribus utr. cl. cdd. edatur. Nam vulgare προσκολληθήσεται (quod reperi et in 1) e l. p. Marc. 10, 7 fluxit, ut plures cdd. et intt. indidem αὐτοῦ post πατέρα addiderunt, et vicissim in Marco alii τῇ γυναικί correxerunt. Paulus Ephes. 5, 31 æque ac Marcus προσκολλ. πρὸς τ. γυν. αὐτοῦ exhibet, ubi tamen f. lat. κολληθήσ. τῇ γυναικὶ αὐτοῦ correxit.

v. 7. αὐτήν suspectum est, quod a *Syro hier.* et pluribus intt., cdd. gr. D L Z 1. 22 Orig. August. abest. Mendi suspicionem auget, quod in vetustis

documentis supplebatur aliis vocibus, quas inferri non opus erat, si αὐτὴν repertum fuisset. Scilicet Coptus habet αὐτάς, Ambrosius et quidam cdd. It. *uxorem*.

v. 9. ὃς ἂν ἀπολύσῃ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, ita recte Griesb. e plurimis testibus utr. cl. edidit; sed comma ante μή delendum erat. Quod pauci libri scripti et vulgares impressi εἰ ante μή addiderunt, operam dedisse videntur, ut subveniretur sententiæ, cui tamen nihil auxilii opus est. Bene enim dicitur: quicunque uxorem dimiserit non in causa (i. e. præter causam) adulterii, aliamque duxerit, eum scortari. *Leon. Hugius* quidem in Commentatione exeget. de conjugii christiani vinculo indissolubili (Friburgi 1816. 4) spuria esse verba μὴ ἐπὶ πορνείᾳ censuit, sed infirmis rationibus præfultus. Nimirum et Ptolemæum, disciplinæ valentinianæ alumnum seculi II (apud Epiphanium adv. hæres. XXXIII, 3) et Tertullianum (adv. Marcion. IV, 34) in oppugnando placito de discrepantia vet. et n. T., quorum alterum divortia concesserit, alterum vetuerit, abstinuisse a nostro loco docet, quem maxime in medium proferre debuerint, ut probarent, divortium in n. T. quoque in certa causa et conditione dari: eam ergo formulam conditionalem μὴ ἐπὶ πορνείᾳ abfuisse ab exemplaribus, quibus Ptolemæus et Tertullianus usi sint. Hoc vero argumentum, si quid valeret, vim etiam haberet in locum Matth. 5, 32, ubi interdictum divortii similiter additis verbis παρεκτὸς λόγου πορνείας restringitur. Quod si tantum intererat Ptolemæi vel Tertulliani, concessionem quandam divortii a Christo factam memorare; neque ille locus erat prætermittendus. Oblitine ejus sunt? an æque spurius est? an ab illa argumentatione desistendum? Quartum non datur. Ne Hugius quidem primam et alteram opinionem sequi ausus, atque adeo locum c. 5, 32 omnium librorum

scriptorum et intt. antiquorum consensu certum esse ultro confessus est. Sed quando is orationi Ptolemæi et Tertull. non contradicit, nec alter c. 19, 9 integra scriptura infestus erit. Quod si causa controversiæ hæc fuisset, secundum Mosen matrimonii vinculum solvere licere, secundum Christum *nullo modo* licere; ego certe laudatum Matthæum sive cap. 5, 32 sive c. 19, 9 exspectarem, et aliquid dicere videretur Hugius. Sed ejusmodi fuit objectio adversariorum, Mosen facile pati, a viro dimitti uxorem, a Chr. divortium prohiberi. Jam vero a consilio eorum, qui concordiam utriusque T. demonstrarent, alienum foret, docere, Christum sub quadam conditione repudium permisisse: integra nihilo minus restaret objectio de repudii facilitate e lege mosaica et de ejusdem difficultate secundum doctrinam christianam. Quorsum itaque confugiunt Ptolem. et Tertullianus? Provocant ad Matth. 19, sed v. 8, Mosen non ex divina lege neque sua mente, sed ob duritiem animorum arbitratui virorum nimium tribuisse. Ita egregie divinam mentem in utroque T. conspirare demonstratur; quod neutiquam pateret, si Christus adulterio divortium permittere diceretur. Quæ cum ita sint, nego, in Ptol. et Tert. exemplaribus n. T. versiculum nostrum mutilum fuisse, quamquam de Tertulliani exemplari Griesbachius quoque idem opinatus sit. Verum fac ponamus, ab istis μὴ ἐπὶ πορνείᾳ abfuisse; non magis Hugio concedi potest, ea verba ideo rejicienda esse. Quanta enim essent expungenda, si, quæcunque unus alterve e scriptoribus antiquis in excitando n. T. omiserit aut omisisse videretur, illico deleri oporteret! Hugius autem ab ipsis cdd. gr. et intt. diverse locum nostrum legi affirmat, cum nonnulla cl. occ. documenta παρεκτὸς λόγου πορνείας pro μὴ ἐπὶ π. habeant. Sed origo hujus varietatis patet e. l. p. c. 5, 32 arreptæ. Innumeræ le-

ctiones variantes e locis parallelis emanarunt, neque tamen committendum est, ut germanæ lectiones propterea una cum adulteratis proscribantur. Sapienter fecisse Matthæus mihi videtur, quod h. l. aliis atque c. 5, 32 verbis usus sit, ne quis unum locum ad alterum temere refictum esse sibi persuaderet. Ratio Hugii, qua interpolationis causam explicare conatur (p. 8), mira sane et artificiosa est, adscripsisse scilicet aliquem lectorum ad exemplaris marginem μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, ut h. l. diversitas a c. 5, 32 notaretur. Tum vero dici oportebat: οὐ λέγει ἐπὶ πορνείᾳ, vel potius pro more veterum librariorum ipsis verbis, quæ menti obversarentur: οὐ λέγει παρεκτὸς λόγου πορνείας. — Hoc vero loco scripturam cd. 1, quæ oculos superiorum doctorum fugit, γαμῶν pro γαμήσας annotare libet.

v. 16. ἀγαθέ e l. p. Marc. 10, 17 Luc. 18, 18 invectum, deleatur auctoritate cl. occ. Hic versiculus et sequens aliis in verbis indidem varie interpolatus est. Neque est, quod responsum v. 17 datum: εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός, prævium epitheton ἀγαθέ postulet, imo id ad veram cognitionem summi boni utpote a Deo uno bono pendentis spectat, ut pluribus docuit Griesb. in Comm. cr. p. 154.

v. 17. Erasmus, Grotius, Millius, Bengelius et Griesb. scripturam occid. τί με ἐρωτᾷς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ; εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός recte prætulerunt. Quibus Fritzschius p. 599 oblocutus, nodum in scirpo quæsivit. Offendit eum maxime particula δέ, quippe quæ aliam rem alii annectere soleat. Sed re vera Jesus rem interrogatam ita resolvit, ut primum de summo bono, deinde quid boni faciendum sit ad vitam obtinendam, doceat. Quod homo doctus suspicatur, ἀγαθέ v. 16 fortuitó omissum ad immutanda verba τί με λέγεις ἀγαθόν induxisse, obscurius sane et difficilius originem variantis lectionis explicat, quam si ad frequentissimam mendorum causam

recurramus, ad l. par., unde scriptura or. vulgarisque petita. Multo etiam minus persuadet, quo pacto vel quam ob rem verba vulgata οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς, ὁ Θεός, quæ ipse tuetur, in εἷς ἐστιν ὁ ἀγαθός mutata sint. Ullmannus quidem (theol. Stud. und Krit. T. 1 Fasc. 1 p. 33) mutationem eo factam esse putavit, ne Jesus summa bonitate carere videretur. Quod vero in locis parall. neminem librariorum male habuit, id non intelligo cur in Matth. potissimum scrupulum iis injecerit. — Cd. 1 (ut D) omittere ὁ ante ἀγαθός deprehendi. — Præterea v. 20 ἐφύλαξα in vulgaribus editionibus in ἐφυλαξάμην mutatum et ἐκ νεότητός μου addita esse ex Marc. 10, 20 Luc. 18, 21 suspicor (v. lect. var. Griesb.): unde nonnulli f. afr. etiam in Marc. ἐφύλαξα corrigebant atque τί ἔτι ὑστερῶ addebant. Neque defuerunt, qui in Luca e Matth. ἐφύλαξα scriberent.

v. 19. Judicium Origenis, qui verba καὶ ἀγαπήσεις - σεαυτόν omittenda censuit, mirifice confirmatur a *Syro hier.*, abs quo absunt, licet alioquin cum Origene facere non soleat. Ea in serie præceptorum, quorum summam continent, certe suspecta et fortasse e Rom. 13, 9 perperam invecta sunt.

v. 24 et in locis p. Marc. 10, 25 Luc. 18, 25 veteres cdd. inter ῥαφίδος διελθεῖν et ῥαφ. εἰσελθεῖν variant; ita ut alius loci scriptura alii adscripta diversitatem peperisse videatur. Lucæ ob testium numerum et pondus consensu virorum doctorum εἰσελθεῖν debetur. Sed Matthæo ego διελθεῖν vindico, invitis Griesb. Vatero Schulzio et Scholzio, duas ob causas: primum quod ex iis documentis, quæ εἰσελθ. præbent, plura (CKM 1. 157. 238. 262 ap. Scholz. et Orig.) τρυπήματος secundum Marc. et Lucam in τρυμαλιᾶς mutarunt, adeoque in altera lectione eorundem auctoritas suspecta est; deinde quod ex iisdem nonnulla (L 1. 61. 157 August.) posterius εἰσελθεῖν omiserunt, ideoque εἰσελθ. in antiquis exem-

pluribus supra διελθ. scriptum fuisse videtur, unde decepti librarii alii posterius εἰσελθ. omittendum alii transponendum sibi esse duxerunt. Quod Schulzius annotat, διέρχεσθαι semel a Matth. adhibitum c. 12, 43, εἰσέρχ. frequentissime, nihil facit ad damnandum διελθεῖν, quod præterea sententiæ magis convenit. Neque plus dixit Griesb. in Comm. cr. p. 161, εἰσελθεῖν in διελθεῖν propterea mutatum fuisse, ne idem verbum in eodem commate iteraretur. Non minus enim contra disputare licet, unum verbum ad alterum a librariis festinantibus conformatum esse, ut crebro usu venit, vel rarius cum frequente permutatum. — In Marco itidem διελθεῖν retineatur auctore cl. occ.; nam ex iis cdd., qui εἰσελθ. habent, nonnulli (AF 115. 127. 131 Ev. 18. 19. 36) etiam omittendo bis articulum τῆς Lucam expresserunt, atque Clemens alex., qui εἰσελθ. legit, ῥαφίδος in βελόνης mutando etiam propius Lucam secutus est. In Luca vero cl. occ. scripturam βελόνης servavit, quam e l. p. in vulgarem corruptam esse censeo.

v. 29 et l. p. Marc. 10, 29 ἢ γυναῖκα insertum est e l. p. Luc. 18, 30. Utroque loco abest a BD 1 Orig. Italo, priore a *Syro hier.* Irenæo Hilario, posteriore a cdd. 66. 209 intt. Copto Arm. Vlg. In Matth. e Luca in quibusdam documentis præterea οἰκίας in οἰκίαν et πατέρα ἢ μητέρα in γονεῖς correctum deprehenditur. Quare mirum non videbitur, nomen οἰκίας in Matth. ob loca parallela ordine quoque perturbato vulgo legi: mihi quidem probatur, quod *Syrus hier.*, Coptus, Aethiops, Origenes, Cyrillus alex., Chrysostomus et cdd. gr. CL 1 ἢ οἰκίας post ἀγροὺς rejiciunt. Unus e cdd. Itali dubius, ubinam collocaret, utroque loco οἰκίας exhibuit. In Marc. non solum οἰκίαν a nonnullis secundum Matth. in οἰκίας mutabatur, sed etiam a D et duobus cdd. It. omittebatur, puto propterea, quod in Matth. antiquitus desideraretur. Marci autem oratio ex Matth. et Luca

emanavit. Namque ab illo ἡ ἀδελφαὶ ἢ πατέρα ἢ μητέρα – ἢ ἀγρούς et adjectivum ἑκατονταπλασίονα, ab hoc constructionem οὐδείς ἐστιν ὃς, singularem οἰκίαν primo loco positum et mox ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ – ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ mutuatus est.

C. XX.

v. 34. ὀμμάτων pro ὀφθαλμῶν repone e cl. occ. (BDLZ 13. 69. 124 Orig.). Rarius est nomen, quod tantum Marc. 8, 23 legitur in n. T. — Eadem cl. cum *Syro hier.* et fere omnibus intt. omittit αὐτῶν οἱ ὀφθαλμοί, quorum auctoritati plus tribuendum quam ceteræ cdd. turbæ, cum præsertim scholii speciem præ se ferant ista verba, a Vatero jure obelo notata. Is præterea monet, Matth. ejusmodi genitivos præmittere substantivis non solere, contrariumque apud eum rarius inveniri, ut c. 21, 8, ubi tamen D 13 pluresque alii pronomen postposuerint (c. 20, 33. 22, 13). Ingeniosius itaque quam verius a Griesb. et Fritzsch. p. 626 causæ omittendorum verborum αὐτ. οἱ ὀφθ. excogitatæ sunt, quia a Marc. et Luc. abessent, vel quia ἀναβλέπειν de oculis dictum insolentius esset, vel quia subjectorum variatio librarios male habuisset.

C. XXI.

v. 3. ἀποστελεῖ restitue ex BD aliis Vlg. It. Orig., assentiente Schulzio. Præsens, quod Griesb. et Matthæius e cl. or. ediderunt, e loco par. Marc. 11, 3 profectum est, ubi prævio aoristo magis ferri potest quam hic prævio futuro ἐρεῖτε.

v. 7. Ferri quidem potest Theophylacti interpretatio verborum ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτῶν, ut αὐτῶν ad vestimenta referatur; quamquam accuratior observatio desiderari possit, utri bestiæ dominus insederit, et facillima peccandi occasio fuerit ob proximum ἐπάνω αὐτῶν. Igitur nescio an scriptura ἐπεκάθισεν ἐπάνω αὐτοῦ, quæ in *Syro hier.* Syr. It. cdd. gr.

D Ev. 27 exstat, præferenda sit. Cod. 131 etiam antea, oculis fortasse huc delapsis, ἐπάνω αὐτῦ habet. — Cæterum de cd. 1 obliti sunt viri docti excerpere, abesse plane ab eo verba καὶ ἐπεκάθ. ἐπάνω αὐτ.

v. 28. μυ deleatur auctoritate *Syri hier.* complurium intt. cdd. satis multorum cl. occ. Pariter c. 20, 4. 7 in parobola vineæ a pluribus veteribus exemplaribus μυ post εἰς τὸν ἀμπελῶνα adjectum.

v. 29 sqq. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ἐγὼ κύριε· καὶ ὐκ ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν *) τῷ ἑτέρῳ εἶπεν ὡσαύτως. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν· ὐ θέλω· ὕστερον δὲ μεταμεληθεὶς ἀπῆλθεν εἰς τὸν ἀμπελῶνα. Τίς ἐκ -- Λέγυσιν αὐτῷ· ὁ ὕστερος. Ita *Syrus hier.* et Itali cdd. nonnulli habent cum aliis gravissimis documentis, quæ tamen in minutis rebus jam variare cœperunt. Concinunt scilicet Armenus, nisi quod loco ἐγώ interpretationem ὑπάγω substituit, Arabs, qui autem ἐγὼ κύριε ὑπάγω habet, Coptus, præterquam quod εἰς τὸν ἀμπελῶνα omittit, e cdd. gr. B 4. 13. 69. 124. 238. 262 346 ap. Scholz., etsi εἰς τὸν ἀμπελῶνα ignorant, B loco ἑτέρῳ habet δευτέρῳ, et ceteri sex cdd. pro ὕστερος ponunt ἔσχατος excepto cd. 4, qui scribit δεύτερος. E patribus eidem ordini favent Isidorus, Jo. Damascenus, Pseudo-Athanasius et scholia apud Corderium. Quum dispiciamus, uter ordo potior habendus sit, aliam originem transpositionis probabiliter excogitare non possum, nisi quod ab ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν ad eadem verba ὁ δὲ ἀ. εἶπ. quæ interjacent olim omissa post redintegrata esse videantur.**) Quod si Syrus hier. primigeniam scripturam

---

*) προσελθὼν δέ legitur in B D L Z 33. 69. 124. Cyr. al. et præterea in cd. 1, quem ipse inspexi, qui etiam cum B τῷ δευτέρῳ habet.

**) Nam e longinquo repetitæ et argutæ sunt aliæ rationes ad explicandam inversionem excogitatæ cum a Griesbachio

exhiberet, librarius oculis aberrantibus ὁ δὲ ἀποκρ. εἶπεν· οὐ θέλω, omissis ἐγὼ κύριε-εἶπεν, describebat. Censor deinde comma omissum intra lineas collocabat. Posterior scriba una serie ὁ δὲ ἀποκρ. εἶπεν· οὐ θέλω-ἀμπελῶνα et post demum verba superscripta sed sensu requirente numeris ita appositis $^{\beta}$ἐγὼ κύριε· καὶ οὐκ $^{\alpha}$ἀπῆλθε. Καὶ προσελθὼν τῷ ἑτέρῳ εἶπ. ὡσαύτ. Ὁ δὲ ἀπ. εἶπ. inversa ratione inserebat. Alius denique censor, jam permutatis membris orationis, ὁ ὕστερος in ὁ πρῶτος mutabat. Sin autem vulgatus ordo verborum germanus esset, æque sed contrario modo depravatio explicaretur. Scriba tum verba οὐ θέλω-εἶπεν prætermittebat, censor omissa addebat, posterior scriba ea secundo loco ideoque inverso ordine interserebat, tandem alius censor, ut sententia sibi constaret, e πρῶτος faciebat ὕστερος sive ἔσχατος. Jam vero judicare oportet, utri generi testium hac in re minus diffidendum sit. Maxime eorum antiquitas in ejusmodi interpolatione, quæ a multitudine exemplorum profecta est, spectanda et probanda erit. Sed e cdd. gr. nullus vaticano (B), ex intt. nemo Syro hier. antiquior est. Inest quidem in iis quoque nonnihil corruptelæ, sed simplicioris generis. Nostro autem loco quatuor gradus derivatæ interpolationis statui oportet; id quod haud scio an istis summæ vetustatis documentis conveniat. Tum si vulgaris ordo germanus esset, etiam ὁ πρῶτος

Griesbachio, ordinem cd. B ad instar v. 32 conformatum esse, ubi principes priore, portitores et meretrices posteriore loco collocati essent, tum a Matthæio, unum filium ad Judæos, alterum ad gentiles relatum, et sic pro temporibus ordinatum esse, tum a Fritzschio in Matth. p. 641, librarios ineptum consilium cepisse, πρῶτος v. 31 in ἔσχατος seu ὕστερος mutandi, ut perversi homines perverse responderent, quæ post occasio pervertendi v. 29. 30 fuerit.

verum esse necesse esset. Mihi autem persuadere nequeo, rarissimum adjectivum ὕστερος, quod semel tantum in n. T. 1 Tim. 4, 1 æque ac apud Alexandrinum 1 Paralip. 29, 29 legitur, correctioni cuidam deberi. Imo Hesychius ὕστερον in glossis habet, et voce ἔσχατον explicat; ut h. l. unus B lectionem ὕστερος firmat, ceteri juniores glossema ἔσχατος substituunt. Si ab initio ὁ πρῶτος scriptum fuisset, non dubito, quin non modo ὕστερος, sed ne ἔσχατος quidem correctum, sed ad proximum ἕτερος (v. 30) recursum fuerit. Quod si ὕστερος ab omni parte commendatur, ordo Syri hier. præferatur necesse est. Huc accedit, quod cd. D intt. anglosax. Vulg. ms. et plures It. cdd., cdd. apud Hieron., Hilarius et August., quamquam vulgatum ordinem tueantur, tamen in lectione ἔσχατος conveniunt, adeoque mendi aliquid subesse tacite significant. Provocavit quidem Hieronymus pro lectione πρῶτος ad sua, quæ vera nuncupat, exemplaria; supersedit autem originem scripturæ contrariæ perscrutari, quod nimirum antiquitus ambo membra transposita fuissent. Ii sane testes, qui ἔσχατος habent, ordini Syri hier. patrocinari videntur. Superest argumentum e contextu petitum. Consuevit enim dominus, ut ipsa res postulabat, in aliis parabolis e. g. de mercenariis vineæ, de filio peregre profecto et de magna cœna, eum seu eos, per quos proceres populi hebræi significarentur, priore loco collocare vel natu majores facere. Politius itaque etiam hic is filiorum, qui se in vineam abiturum professus est, neque vero abiit, præponitur, ut principes tecte perstringantur, qui, licet verbis pii, neque Johanni de Messia prædicanti neque suis oculis Christum videntibus crediderint. Quod vero Griesb. et Fritzschius opinati sunt, recepta nostra scriptura totam perverti parabolam, si enim prior filius v. 29 suam patri operam pollicitus esset, nullam fuisse rationem

alterius appellandi; non mirari non possum. Quis enim nescit, in vinea commodissime duos operari posse? — In additamento εἰς τὸν ἀμπελῶνα, quòd in multa correctione facile interiit, cd. gr. D It. cdd. plures, Orig. et Arm. cum Syr. hier. consentiunt. Posteriori loco utique convenientius est quam priori.

v. 43. ἔθνει, quod a *Syro hier.* abest et facile addi poterat, nec in singulari sententiæ bene respondet, suspectum est.

v. 46. εἰς pro ὡς, quod e v. 26 invectum videtur, e f. afr. (BL 1. 22) repone. Nullus cdd. in eadem formula c. 14, 5. 21, 26 ὡς in εἰς temere mutare ausus est. Audacter quidem Fritzschius p. 650 hanc scripturam absurdam esse contra Griesb., qui eam tam perite quam modeste in margine exhibuit, pronuntiavit. Sed reputet secum velim, ad ea verba, quibuscum subjectum et objectum in duplice nominativo vel accusativo jungi soleant, objectum cum præpositione εἰς eleganter apponi: adi nostr. not. ad Rom. 5, 18. Ne peculiare quidem quidquam in hoc præter ceteras linguas græcæ est. Sic enim nos dicimus: das gröste Recht wird oft zum grösten (seu das gröste) Unrecht. Neque aliter Cicero N. D. 1, 44: „omnis in imbecillitate est et gratia et caritas."

C. XXII.

v. 30. γαμίζονται emenda secundum cl. occ. Præpositio ἐκ adjecta aut aberrantibus oculis literas in OYTEΓAMIZ. male distinguentibus, quare nonnulli sane ἐγγαμίζονται habent, unde ἐκγαμίζ. ortum, aut e l. p. Luc. 20, 35, unde etiam in Marc. 12, 25 nonnulli ἐκγαμ. scripserunt.

v. 46. Griesb. aliorumque edd., non excepta novissima Scholzii, variant in augmento verbi δύνασθαι, hic et aliquoties (Act. 26, 32 ubi v. notam 1 Cor. 3, 2) ἐδυνάμην, sæpius ἠδυνάμην exhibentes. In his locis et in Marc. 4, 33. 5, 3 variant libri manu

scripti, qui tamen alibi constantius in augmento conveniunt: e. g. Matth. 17, 16. 19. 26, 9 (ubi pauci ἐδύν.) Marc. 6, 5. 19. 9, 28. 14, 5 Luc. 9, 40. 1 Cor. 3, 1; adeoque unus idemque modus scribendi servetur. Nostro loco reperio etiam in Bas. 1 ἠδύν. Eadem inconstantia in verbo μέλλειν deprehenditur: ἤμελλε scribitur Luc. 19, 4 Joh. 6, 71. 12, 33. 18, 32, quemadmodum ἠβουλήθην 2 Joh. 12; contra ἔμελλε Joh. 6, 6. 7, 39. 11, 51. Augmentum temporale horum trium verborum Buttmannus in Gr. gr. §. 76 not. 5 atticismo accenset. Videbimus autem ad Luc. 7, 4 in alia quoque forma atticismum culpa librariorum evanuisse.

C. XXIII.

v. 3. Quum in fam. afr. (B L Z 1. 124. 209 Armeno Aeth. Eusebio) εἴπωσιν ὑμῖν, ποιήσατε καὶ τηρεῖτε, in *Syro hier.* εἴπωσιν ὑμῖν τηρεῖν, ποιήσατε καὶ τηρεῖτε, in cd. D et int. Copto sit εἴπωσι, ποιήσατε καὶ τηρεῖτε, in pluribus intt. Sahid. Ar. Vlg. It. Irenæo, Ambrosio: εἴπωσιν ὑμῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε (Millio, Gersdorfio Beiträge zur Sprachcharakteristik der Schriftstell. d. n. N. Einl. p. 27 et Fritzschio in Matth. p. 673 probatum, licet invitis omnibus cdd. gr.); in cl. or. denique εἴπ. ὑμῖν τηρεῖν, τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε, omnis hujus varietatis origo perspicitur, si lectio f. afr. primigenia habetur, et altera derivatior ea, quam Syrus hier. exhibuit, verbo τηρεῖν a vetere scholiasta intra lineas adscripto. Deinde a posterioribus scribis dupliciter peccabatur, aliis infra scriptam vocem ὑμῖν expungendam ratis, neque supra scriptam recipere ausis (ut in D), aliis illud τηρεῖν supra scriptum tanquam signum transpositionis habentibus ideoque τηρεῖτε καὶ ποιεῖτε exarantibus. Postrema et maxime derivata scriptura cl. or., quæ hactenus in fere omnibus edd. impressis legitur, e duobus mendis et Syri hier. et Irenæi conflata est.

v. 4. καὶ δυσβάστακτα deleatur auctoritate cdd. L 1 209 Irenæi Ambr. Syr. aliorumque intt. E Luca 11, 46 invectum esse Millius recte censuit. In Luca vicissim hinc βαρία καί plures cdd. addiderunt. Similiter illinc hic αὐτοὶ δέ nonnulli ante τῷ δακτύλῳ adjecerunt, et cd. B infra scripta verba τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν omittebat. Etiam priore loco cd. 142* infra scriptum βαρέα omisit. — *) Ob eandem causam v. 5 B D 1. 22 Vlg. It. Aeth. τῶν ἱματίων αὐτῶν præteriisse videntur, quod olim αὐτῶν super linea ponebatur: pronomen abest a B L Matth. m Sahid.

v. 8. διδάσκαλος loco καθηγητής ponendum, Bengelio, Fritzschio, Schulzio annuentibus, auctoritate cd. B pluriumque cl. or. et tantum non omnium intt., ut quidem videtur. Nam versiculi 8 et 10 alteruter ab altero aliquid in veteribus libris attraxerunt, ille ab hoc καθηγητής et ὁ Χριστός, quod posterius jam Griesb. recte prætermisit, v. 10 a v. 8 εἷς γάρ ὑμῶν ἐστιν, quod comma secundum cd. 1 ita emendo: ὅτι καθηγητὴς ὑμῶν ὁ Χριστός. Addi cœptum est ante ὁ Χρ. primo tantum ἐστιν (in 124 Ev. 26 Arm.), deinde εἷς ἐστιν (in D G) seu ἐστιν εἷς (in B L 33 Ev. 48), tandem e v. 8 et 9 εἷς γάρ mutabatur. Etiam progressus sententiæ aliud vocabulum v. 8, quam quod v. 10 usurpatum sit, poscit; διδάσκαλος autem hebraico ῥαββί respondet, cf. Joh. 1, 39.

v. 9. ὑμῶν prius, cujus origo e subsequente ὑμῶν bene intelligitur, in D Ev. 26 Clemente alex. et prope omnibus intt. ὑμῖν sonat; quod probe notandum.

v. 13 sq. Verba ὅτι κατεσθίετε τὰς οἰκίας usque ad proximum ὑποκριταί, quæ in cl. occ., oculis ab οὐαὶ ὑμῖν γραμμ. καὶ φαρ. ὑποκριταί ad eadem plane verba

---

*) Quæ cum ita sint, nihil moror Fritzschium, qui p. 673 sq. φορτία βαρέα leviora esse censuerit, quam ut Jesu voluntati sufficerent.

delapsis, exciderunt, ob ipsam hanc facilitatem omissionis minus dubia sunt, quam Grotio, Griesb., Fritzschio, Vatero et Schulzio videbatur. Sed eorum interitus et redintegratio certe transpositionis commatum 13 et 14 in veteribus libris causa fuit. Vulgaris ordo Erasmi et Elzevirorum, ut a paucis cdd. subministratus, a Griesb. et Scholzio bene derelictus est. Si contextum respicias, sane verba de exclusione e regno cœlorum et de perquisitis proselytis bene sese excipiunt, quo ordine a Griesb. edebantur. — Ibidem καὶ ante προφάσει cum hic a quinque cdd. Syr. et Arm., tum in l. p. Marc. 12, 40 a D Syr. Arm. It. Vlg. recte abest, invectum e Luc. 20, 47, ubi rectius inter duo verba finita interponitur.

v. 19. μωροὶ καὶ e v. 17 repetitum, recte abest a DLZ 1. 209 Sax. Vlg. cdd. It.

v. 25. ἀκρασίας, quod Griesb. in ἀδικίας mutavit, e cl. occ. reponatur. Plures enim glossæ ἀκαθαρσίας in 66. 71, πλεονεξίας in M, πονηρίας in Matth. m (ex l. p. Luc. 11, 39) probabilius vocabulo ἀκρασίας, quod alibi in n. T. semel tantum 1 Cor. 7, 5 legitur, et ab auctore Etym. M. explicatur, quam voci tritissimæ ἀδικίας substituebantur.

v. 26. Verba καὶ τῆς παροψίδος, quæ a D 1. 209 Ev. 21 Clemente alex. Irenæo absunt, eo minus dubito, quin e v. 25 vulgo assuta sint, quod αὐτοῦ loco αὐτῶν non solum in D 1, sed etiam in B* et viginti duobus aliis cdd. exstet. Hi vero omnes αὐτοῦ legentes primitus ista verba abfuisse arguunt. Eandem rationem jam Millius et Griesb. in Comm. cr. p. 16 iniisse video. Fritzschius vero in Matth. p. 684, nescio qui, servatis verbis καὶ τῆς παροψ., tamen αὐτοῦ scribere, in eoque pronomine ad τὸ ποτήριον tantum pertinente elegantiam quandam odorari potuerit! Imo arguti vel negligentis esset, de interna parte poculi et patinæ, de externa autem solius poculi disserere.

C. XXIV.

v. 1. ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ, ἐπορεύετο, ita emendandum e *Syro hier.* et fere omnibus intt. cdd. gr. DL 1. 13 33. 69. 106. 124. 157 aliisque. Cum doctior est scriptura, qua πορεύεσθαι ut alibi (c. 28, 11 Luc. 10, 38) usurpatur, quando in itinere aliquid actum est; quam absolutam potestatem ambulandi qui male perciperent, verba transposuisse videntur. Tum vulgari ordine minus distinctam vim haberent ἐξελθών et ἐπορεύετο, et Matthæo potius unum verbum satisfecisse arbitror. Nam quod Fritzsch. p. 696 verba ἀπὸ τοῦ ἱερ., ordine vulgato servato, ad ἐξελθών nomine hyperbati construit, vereor, ut similia exempla in n. T. in promtu habeat. Cæterum scito, constructionem ἐξέρχεσθαι ἀπὸ τόπου Matthæo familiarem esse: c. 20, 29. 28, 8. Nostram emendationem jam Bezæ et Bengelio placuisse, Schulzioque probari nunc video.

v. 36. οὐδὲ ὁ υἱός post οὐρανῶν probabilius dogmaticis rationibus adducti censores vulgo delerunt, quam e l. p. Marc. 13, 32 addiderunt. Exstat in *Syro hier.* Aeth. Arm. Vlg. ms. It. cdd. gr. BD 13 124 aliisque duobus Theophyl. Hilar. August. Ambrosio de fide V, 8 diserte. In quibus cdd. Ambrosius ea verba inesse negavit, iidem æque in Marco eadem omittebant, quo suspectius eorum testimonium redditur. Si rem ipsam spectas, hoc dictum Chr. tam singulare est, ut dubitem, Evangelistas ipsos ejusmodi verba aut addere aut omittere ausos esse. Imo fideliter uterque tradidisse existimandus est. Talis autem verecundia non pariter in censoribus inesse consuevit. Ii contra ob studium supremæ dignitatis Salvatori vindicandæ in pluribus locis declaratum correctiones intulerunt. E. g. Luc. 2, 43, cum de parentibus Jesu ageretur, ejusdem cl. or. cdd. οἱ γονεῖς αὐτοῦ in Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ scrupulosius mutaverunt.

v. 42. BD 1 (me ipso teste) 13. 33. 69. 124 cum aliis cdd. gr., *Syrus hier.* cum al. intt. et Irenæus pro ὥρᾳ, quod e v. 44 arreptum videtur, ἡμέρᾳ exhibent, quod placet. Sic melius variant dicta v. 42 et 44, ejusdemque rei repetitio vitatur.

v. 44. Iidem BD cum duobus aliis cdd. It. et Vlg. ὥρᾳ post δοκεῖτε recte ponunt. Transponendi occasionem dedit Luc. 12, 40, unde æque nonnulli φυλακῇ v. 43 in ὥρᾳ mutabant.

v. 46. οὕτω ποιοῦντα e cl. occ., quacum facit Irenæus, reponatur, probante Schulzio. Inversus ordo e l. p. Luc. 12, 43. Iidem fere cdd. cum Origene v. 48 bene μου ὁ κύριος habent. Nam ὁ κύρ. μου e Luc. 12, 45, unde nonnulli æque ἔρχεσθαι desumserunt.

C. XXV.

v. 2. μωραὶ καὶ πέντε φρόνιμοι, ita e cl. occ. et plurimis intt., in quibus est *Syrus hier.*, emendari oportet, ponderata testium dignitate. Facile fieri potuit, ut censores priorem locum prudentibus virginibus tribuendum esse arbitrarentur. Articulus αἱ, quem Bengel., Griesb. et Matthæius post καί e cl. or. adjunxerunt, e contagio præcedentis voculæ oriebatur. In ejusmodi rebus antiquitas cdd., qui αἱ ignorant, maxime est spectanda.

v. 3. Parum recte vulgo notata est lectio cd. 1, qui ita habet: λαβοῦσαι δὲ αἱ μωραὶ τάς.

v. 6. ἔρχεται tanquam scholion expunge, auctoritate cl. occ. Male urget interjectionem Fritzschius, qui p. 733 ἰδοὺ ὁ νυμφίος *sponsum adesse præsentem*, non *appropinquare* interpretatur, quo fortius nostræ simpliciori scripturæ obloquatur. Sed ἰδού latius patet, ut fere nos dicimus: er ist da!

v. 9. μήποτε οὐκ, quod cl. occ. in μήπ. οὐ μή mutavit, hoc sensu recte dicitur: cf. Act. 5, 39 Rom. 11, 21.

v. 16. Εὐθέως δὲ πορευθείς, ita recte *Syrus hier.* cum cdd. It. et cdd. gr. 1 (qui hactenus oscitanter excussus, ac si δέ omitteret, perspicue illam scripturam

pturam habet) 118. 124 Ev. 26 Matth. m habent; præterea cd. B et Arm. εὐθέως ad sequentem orationem referunt, nisi quod B δέ omittere, et Arm. εὐθέως post πορευθ. δέ ponere videtur. Desinit enim participium πορευθείς otiosum esse, si εὐθέως eo pertinet, ab ἀπεδήμησεν divulsum, cui non opus est. Facillime præcedentibus adhærebat εὐθέως, adeoque δέ vulgo transponebatur, et in transponendo quoque omittebatur.*) Eadem causa discrepantiæ lectionum deprehenditur c. 26, 71, ubi adverbio ἐκεῖ ad sequentia tracto, τοῖς in cl. or. in αὐτοῖς mutabatur. — Exeunte commate τάλαντα, quod est scholion e v. 20 invectum, expungatur auctoritate ejusdem *Syri hier.* pæne omnium intt. et f. afr. cdd. — In cd. 1 pro ἐν ego reperi ἐπ', sicut est in cd. 269 ap. Scholz.

C. XXVI.

v. 9. Eadem cl. occ., quæ hic τὸ μύρον omittit, idem in l. p. Marc. 14, 5 adjicit, comprobantibus Millio, Bengel., Griesb. in Comm. cr. P. II p. 172, Schulzio et Scholzio. Quum vero in Marco ejus generis cdd. inter se ipsi dissideant, cd. D aliique τὸ μύρον ante τοῦτο, et f. afr. ac intt. latini post τοῦτο ponant, veri simile est, ex interstitio linearum tantum irrepsisse τὸ μύρον. Verum id quod Marco dabatur, Matthæo compensandi gratia demebatur. Intacta itaque utrobique vulgaris scriptura remaneat. Melius etiam in Marc. propterea abest, quod paullo ante τοῦ μύρου meminerat. — Cæterum notare liceat mendum ed. Scholzianæ, quæ codicem 1 a prima manu nomine μύρον carere docet, quod tamen prorsus desideratur. Ab eodem abesse articulum ante πτωχοῖς vidi.

v. 15. Interpunctio emendanda, ita ut nota interrogandi post δοῦναι apponatur, post αὐτόν deleatur.

*) Gaudeo emendatam illam scripturam jam Fritzschio probatam esse.

v. 16. αὐτὸν παραδῷ αὐτοῖς, observatu dignissima est lectio *Syri hier.* cdd. It.·Eusebii Arm. Copt. cdd. gr. DK 69; quoniam locus par. Marc. 14, 11 facere potuit, ut αὐτοῖς vulgo omitteretur. Equidem addi juberem, ni addendi occasionem item præbuisset Luc. 22, 6.

v. 17. Minus accurate h. l. excerpebatur cd. 1, qui οἱ μαθ. λέγοντες τῷ Ἰησῦ habet.

v. 42. ἀπ' ἐμῦ e v. 39 invectum deleatur secundum cl. occ. Ob eundem v. 39 τὸ ποτήριον τῦτο in D transponebatur, et ob transpositionem τὸ ποτήριον in f. afr. plane omittebatur. Quamquam etiam facile patior, contrariam rationem Griesbachii (in Comm. cr. p. 24) iniri, ut τὸ ποτήριον e v. 39 irrepserit et diversis locis positum fuerit. Sic non minus versiculus 39 peccandi ansam præbuit.

v. 55. Neque πρὸς ὑμᾶς nec ἐν τῷ ἱερῷ fixam sedem habent in cl. occ. Illud in cd. A post ἐκαθεζόμην rejicitur, in BL 33. 102 Copt. Sahid. Cyr. al. omittitur, hoc in CDK 157. 209 al. ante διδάσκων transponitur. Quare veri simile fit, loco gemino Marc. 14, 49 ita abusos esse librarios, ut et πρὸς ὑμᾶς perperam Marco adjicerent, et ordinem Marci ἐν τῷ ἱερῷ διδάσκ. introducerent. Qua in inversione non mirum est, alterum vocabulum διδάσκ. in Matth. prorsus intercidisse in cdd. 1. 209 Cyr. al. Cæterum cd. 1, quem ego inspexi, habet πρ. ὑμ. ἐν τῷ ἱερῷ ἐκαθεζ. Eundem ordinem tenent B 33 (nisi quod πρ. ὑμᾶς omittunt) 157. Nam postquam ἐν τῷ ἱερῷ transponendi causa supra lineas scriptum erat, etiam illa transpositio facilis fuit.

v. 60. Καὶ ὐχ εὗρον, καὶ πολλῶν προσελθόντων ψευδομαρτύρων. Ὕστερον δὲ προσελθόντες δύο εἶπον. Ita castigandus est locus e *Syro hier.* Peschito Ar. Pers. Sahid., qui ab omni parte commendabilem scripturam, gravissimis sociis ex parte confirmatam, exhibent. Sic enim cum explicatur universa lectionis

discrepantia, tum interna ratio suadet. Nam conjunctio καί ante πολλῶν rarioris potestatis ad duplicem errorem induxit, cum aut omitteretur καί in f. afr. (quæ in cetera scriptura Syrum hier. fideliter comitatur), aut adderentur in cl. or. verba οὐχ εὗρον ante Ὕστερον. Quamquam suspicor, archetypum cl. or. noluisse iterari οὐχ εὗρον, sed sublata ea ante καὶ πολλῶν transposuisse ante Ὕστερον, eaque postea tandem utroque loco exhibita esse. Ad suspicandum adducit me cd. D, qui germanam scripturam Syri copulat cum altera, quæ καὶ οὐχ εὗρον transponit. Scilicet in margine sui exemplaris librarius cd. D invenerat: primum καὶ οὐχ εὗρον, τὸ ἑξῆς (τὸ ἑξῆς, utut repugnaret Fritzschius p. 788, Griesbachius recte interpretatus est *sequentia*;*) subauditis verbis καὶ πολλῶν προσελθ. ψευδομ., quæ est ipsa nostra lectio emendata); deinde καὶ πολλοὶ προσῆλθον ψευδομάρτυρες, καὶ οὐχ εὗρον, τὸ ἑξῆς (i. e. sequentia, nempe ὕστερον δέ): quam utramque lectionem iisdem plane verbis fidelius quam scitius in contextum transtulit. Hinc cl. or. οὐχ εὗρον dupliciter exscripsit; quo nihil ineptius est, etsi libri impressi vulgares sic habeant. Griesb. fam. afr. secutus est, nisi quod inveteratum ordinem verborum πολλῶν ψευδομ. προσελθ. retineret. Ex nostra emendatione eleganter καί loco καίπερ positum est, cujus usus exempla (in quibus itidem veteres cdd. quandoque variant) Schleusnerus in Lex. I. p. 1148 congessit. In Syro hier. (de ceteris intt. minus liquet) et f. afr. πολλῶν a nomine ψευδομαρτύρων concinnius separatur, ut eo arctius καί cum πολλῶν cohæreat. Vulgaris transpositio ψευδομαρτ. προσελθόντων effecit, ut in nonnullis libris ob signa correctionis comma καὶ πολλῶν προσ-

---

*) Ita ferme Origenes c. Cels. I, 40: τὸ ἑξῆς τῇ γενέσει τοῦ Ἰησοῦ ἀναγεγραμμένον, i. e. quod *post* nativitatem Jesu *deinceps* relatum est.

κλ. ψευδομαρτύρων omnino omitteretur, Schulzio annuente. Fieri æque potuit, ut, si quis vulgare exemplum, ubi ista verba inter duplex οὐχ εὗρον interjacebant media, festinanter describeret, ea ob hanc causam præteriret; quomodo Griesb. in Comm. cr. p. 25 sibi persuasit. — Scholion ψευδομάρτυρες, quod post δύο vulgo adjicitur, ab omnibus fere intt. et f. afr. cdd. abest.

v. 70. αὐτῶν, quod Griesb., Matthæius et Scholzius ante πάντων e cl. or. susceperunt, correctio fuerat ejus, cui πάντων nimium dicere videretur. Sane αὐτῶν in locum πάντων substituebatur in aliis, in aliis utrumque conjungebatur. — Cod. 1 v. 75 agnoscit τοῦ ante Ἰησοῦ.

C. XXVII.

v. 9. Cum vulgo διὰ Ἱερεμίου, in cd. gr. 22 Syr. p. in marg. et uno e cdd. arabicis διὰ Ζαχαρίου (cujus sane est vaticinium, c. 11, 13), in uno e cdd. Itali Redigeriano διὰ Ἡσαΐου legatur; prope fidem accedit, nomen prophetæ a Matth. ipso silentio prætermissum a posteriore demum lectore adjectum fuisse. Ea vero conjectura gravibus testibus (cdd. 33. 157, quos copia bonarum lectionum excellere supra docui, Syr. Pers. cdd. It. translatione neogræca cdd. apud Augustinum) firmatur, quibus ego, præeunte Bengelio, assentiri malo, quam Griesbachio, qui Evangelistam memoria lapsum esse supposuit in Comm. cr. II p. 34. At quamobrem Jeremias, apud quem istud effatum non reperitur, temere a librariis inducebatur? Audio et respondebo, si quis mihi dixerit, cur codex Redigerianus Jesaiam intulerit. Aliunde constat, librarios ea ineptia fuisse, ut ad falsa nomina prophetarum fortuito confugerent. Ita c. 21, 4, ubi Matth. nullum prophetam nominavit, intt. Coptus et Aeth. διὰ Ἡσαΐου et cd. gr. Mosq. z**, cd. 42 et cdd. It. διὰ Ζαχαρίου habent. Eadem sedulitas imperita, qua nomen prophetæ inculcabatur,

Marcum 1, 2 universe prophetas excitantem interpolavit, ubi videas notam nostram.

v. 16 et 17. Ante Βαραββᾶν adde, Fritzschio probante, Ἰησοῦν e *Syro hier.* Arm. cdd. gr. 1*. 118. 209* 299** cdd. apud Origenis interpretem III, 918 c et ex vetustis exemplaribus excitatis in scholio modo Anastasio episcopo antiocheno modo Chrysostomo adscripto. Minus enim intelligitur, cur a librariis additum, quam cur ejectum sit, scilicet ne Jesu nomen contingeret cuiquam improborum, ut Origenes Homil. XXXV in Matthæum monuit. Sane apud Thalmudicos cognomen Bar Abba nomina (v. c. Samuel, Nathan) præfixa habere solet, ut ne quis miretur, de Jesu Barabba audire: v. Wetsten. animadversionem ad h. l. — In cd. 1* v. 17 ego Ἰησοῦν τὸν Βαραββᾶν reperi.

v. 33. ὅ ἐστι κρανίου τόπος, ita castigandus locus ope f. lat., annuente Schulzio. Griesb., Matthæi et Scholz. contra grammaticæ leges ὅ ἐστι (seu ὅ ἐστι) λεγόμενος κρανίου τόπος ediderunt. Potius ferri posset lectio vulgata: ὅς ἐστι λεγόμενος,' quamquam participium λεγόμενος, quo antea nomen Golgothæ inducebatur, idem in interpretando nomine post repeti vix potuit. Nihil melius quam ὅ ἐστι per se modum interpretandi exprimit, ut Marc. 15, 42. Adjectio triplex originem corruptelæ indicat e locis parallelis profectæ, cum alii λεγόμενος seu λεγόμενον ex Joh. 19, 17, alii μεθερμηνευόμενος seu μεθερμηνευόμενον e Marc. 15, 22, alius καλούμενος e Luc. 23, 33 addiderint. Quod fam. afr. λεγόμενος post τόπος ponit, falsitatem participii confirmat.

v. 35. βαλόντες e cl. occ. recipe. Vulgare βάλλοντες neque sensui respondet, et e l. p. Marc. 15, 23 invectum est, ubi compensandi gratia nonnulli libri falso βαλόντες e Matth. exhibent.

v. 42. Vulgarem scripturam αὐτῷ Griesb. et Scholzius auctoritate cl. or. adducti in ἐπ' αὐτῷ mutave-

runt. In fam. afr. exstat ἐπ' αὐτόν, quod Fritzschio placuit; in tribus cdd. εἰς αὐτόν, in fam. lat. et parte cl. or. αὐτῷ simpliciter. Dicitur πιστεύειν ἐπὶ τὸν κύριον e. g. Act. 9, 42, εἰς αὐτόν e. g. Joh. 7, 5, αὐτῷ e. g. Matth. 21, 25. 32 Act. 5, 14, et ἐπί cum dativo Luc. 24, 25. Sed nostro loco ἐπ' αὐτῷ a conjunctione scripturæ primigeniæ αὐτῷ et correctionis alex. ἐπ' αὐτόν proficisci videtur.

v. 53. Notandum, verba μετὰ τὴν ἔγερσιν αὐτοῦ a *Syro hier.* abesse, eaque fateor scholion e comparato Matth. cum Paulo 1 Cor. 15, 20 Col. 1, 18 fictum redolere, cum pronomen αὐτοῦ parum apte illatum sit, atque dictum, sanctorum corpora in puncto mortis Jesu vitæ reddita, post ejus resurrectionem demum sive sepulcra reliquisse, sive Hierosolyma ingressa esse, ancipitem quandam difficultatem habeat. Præterea omissio verborum ἐκ τῶν μνημείων in Syr. Perss. prodere videtur, a proxime sequentibus in spatio interlineari tantum appositis illa priora expulsa fuisse. Non tamen ejusmodi est suspicio, ut statim deleantur, ni alia documenta accesserint. In eandem suspicionem Fritzschium p. 821 incidisse nunc video.

v. 58. τὸ σῶμα in fine commatis ut scholion e textu proscribatur, præeunte Fritzschio, auctoritate *Syri hier.* cum f. afr. consentientis.

C. XXVIII.

v. 9. Languidum scholion ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, quo rapida narratio interrumpitur, deleatur secundum cl. occ. et fere omnes intt., annuentibus Millio, Bengelio, Schulzio. Vaterus post Gersdorfium ita ad h. l. notat: „nec solet ἐπορεύοντο in Matth. jungi infinitivo, (sed tamen v. 8 ἔδραμον ἀπαγγεῖλαι) nec ὡς eodem ac ὅτι significatu usurpari, nec καὶ ἰδοὺ sic sequi.“ In Luca quidem Act. 1, 10 ὡς illam vim habet, sequente καὶ ἰδού. Sin cui Fritzschius p. 831 persuadebit, istis verbis opus

esse, quibus definiatur, quo aut tempore aut loco Jesus apparuerit; id satis superque e v. 8 collato cum v. 10 et e particulis καὶ ἰδοὺ patet.

Ad MARCI

Caput I.

v. 2. Ambigitur, utrum Evangelista ipse duo loca unum e Malachia alterum ex Jesaia prolaturus, Matthæum 3, 3 temere secutus ἐν Ἡσαΐᾳ τῷ προφήτῃ scripserit (ut est in cl. occ.), et a censoribus oriental. ita emendatus sit: ἐν τοῖς προφήταις, an librarii occid. e l. p. Matth. istam correctionem invexerint. Priorem rationem Griesb., Vaterus et Scholzius probaverunt. Sed scire velim, num Marco librariisne servile ingenium in imitando Matthæo adscribi oporteat. Cur librarii sacrum scriptorem emendasse, non adulterasse putantur? Proinde ego Marci manum in lectione ἐν τοῖς προφήταις agnosco, quæ in cdd. cl. or. et intt. non modo Slavo sed etiam Aeth. et Arabe afr. f. addictis exstat. — Extremo commate in cd. 1 reperi verba ἔμπροσθέν σου.

v. 10. ἐκ pro ἀπό repone secundum cl. occ. et int. Goth. Cl. or. ἀπό et mox ὡσεί pro ὡς e l. p. Matth. 3, 16 desumsit. Eadem v. 11 ideo suspectior est, ᾧ item ex Matth. 3, 17 hausisse, quam cl. occ. σοί e Luc. 3, 22. Quare lego: ἐν σοὶ εὐδόκησα, annuente Schulzio.

v. 16. Vulgares libri impressi male e l. p. Matth. 4, 18 περιπατῶν δέ et mox αὐτοῦ βάλλοντας exhibent. Emendandum καὶ παράγων, et mox τοῦ Σίμωνος ἀμφιβάλλοντας. Cl. or. more suo conjunxit utramque lectionem ita: αὐτοῦ τοῦ Σ., quod Scholzius studio talium documentorum deceptus recepit. Itidem v. 19

ἐκεῖθεν, quod cl. or. e Matth. 4, 21 invexit, et cd. 33 post ὀλίγον transponit, tollendum secundum cl. occ.

v. 27. τί ἐστι τοῦτο; διδαχὴ καινὴ κατ' ἐξουσίαν, καὶ τοῖς πνεύμασι, ita recte fam. afr., ad quam accedit cd. 33 auctore Scholzio; neque satis intelligitur, quare exorta sit hæc lectio, si vel vulgaris vel quæ Griesbachio placuit omissis τί ἐστι τοῦτο vera esset: at ex illa origo harum bene perspicitur. Nam studium e Luca refingendi loci jam cognoscitur in præcedente participio λέγοντας in A C aliis ad instar Lucæ 4, 36 in λέγοντες corrupto. Sic ex eodem Luca voculis τίς et αὕτη et ὅτι infertis, corruptela, quæ vulgo habetur, emersit. Jam propterea sive καινή sive αὕτη suspectum est, quod tum illud tum hoc a veteribus nonnullis libris abest, et modo transponuntur. Cum sententiæ elegantiam quæris, præstat emendata illa scriptura. Nam ita ad utramque rem concinne respicitur, et ad doctrinam potentem v. 22 et ad miraculum perpetratum. Verba κατ' ἐξουσίαν melius ad διδαχήν pertinent, cum posterior propositio τοῖς πνεύμασι ἐπιτάσσει adjecto ὑπακούουσιν αὐτῷ satis ornata et amplificata sit. Illata conjunctione ὅτι, objurgatio spirituum impurorum importune a doctrina penderet. In re simillima c. 6, 2 ὅτι vulgo adjectum a Griesb. deletum est.

v. 39. Emendatio εἰς τὰς συναγωγάς, quam Griesb. et Knappius ex cl. occ. adoptaverunt, et Scholz. nuper repudiavit, loco par. Luc. 4, 44, ubi nonnulli hinc itidem εἰς τὰς συναγ. traxerunt, firmatur.

C. II.

v. 1. εἰσῆλθε πάλιν, firmior hæc lectio est externis documentis utriusque classis, a Scholzio recepta. Schulzius opportune usum Marci comparavit, πάλιν verbis postponendi, v. 13. 3, 1. 20 alibi. Ordo confusus, quoniam cd. s et Evangeliaria πάλιν omnino prætermiserant.

v. 9 et 11. Veteres libri inter ἔγειραι et ἔγειρε variare solent; neque magis sibi constant Griesb. et Vateri edd., hic et c. 3, 3. 5, 41 Luc. 5, 23 Joh. 5, 8 Ephes. 5, 14 ἔγειρε corrigentes, et Matth. 9, 5 Marc. 10, 49 Luc. 6, 8 Act. 3, 6 ἔγειραι relinquentes; nisi quod in Luc. 6, 8 Griesb. ed. Lipsiensis et Vateri ἔγειρε exhibent. Sed in ejusmodi rebus variatio e similitudine sonorum αι et ε profecta esse, et judicium constans a re grammatica repetendum videtur. Igitur quum verbum tritissimum ἐγείρειν nusquam significatione reciproca sive neutra, semper activa occurrat, in imperativo forma medii ἔγειραι (surge) ubique tenenda est, et ἔγειρε alienum sensum *suscita* haberet.

v. 10. ἐπὶ τῆς γῆς ἀφιέναι, ut Griesb. et Scholz. habent, e l. p. Matth. 9, 6 Luc. 5, 24 invectum esse magna suspicio est. Ordinem in cl. occ. quam Gr. secutus est, turbatum esse, indicant cum Augustinus, qui verba ἐπὶ τῆς γῆς ignorat, tum cdd. B 142 157, qui ea post ἁμαρτίας ponunt. Retineatur ergo scriptura vulgaris, quam cum cl. or. tum cd. 1 tuetur.

v. 16. καὶ ἁμαρτωλῶν priore vice absit, auctoritate *Syri hier.* et trium cdd. gr., in quibus est 69, e proximo surreptum. Tanquam extrinsecus illatum arguitur præterea transpositione ἁμαρτωλῶν καὶ τελωνῶν in BD et cdd. It. obvia, unde et proxime sequentia ab iisdem eodem ordine exhibentur.

v. 21. αἴρει τὸ πλήρωμα τὸ καινὸν ἀπὸ τοῦ παλαιοῦ, ita recte f. lat. et Peschito. Marcus sic egregie vestigia loci Matth. 9, 16, quem sequitur, premit, neque tamen ad verbum exscribit. Vulgo legitur: αἴρει τὸ πλ. αὐτοῦ τὸ καινὸν τοῦ παλαιοῦ, in aliis: τὸ πλήρ. ἀπ' αὐτοῦ τὸ καιν. τοῦ παλ., (et sic reperio in cd. 1, qui h. l. falso excerpebatur,) in aliis: ἀπ' αὐτοῦ τὸ πλήρ. τὸ καιν. τοῦ παλ. Discrepantia lectionis orta et intruso e Matth. αὐτοῦ et omissa præpositione ἀπό, quæ postea alieno loco ante αὐτοῦ introducebatur.

C. III.

v. 4. ἀποκτεῖναι et l. p. Luc. 6, 9 ἀπολέσαι vulgo editur, Griesb. utrobique ἀποκτεῖναι scripsit, ejusque nuperus editor, Schulzius, in illius locum verbum ἀπολέσαι substituere mavult. Sed cum utrinque varient cdd. manu scripti, modo illud modo hoc verbum suppeditantes, discrepantia non dubito quin a collatione utriusque loci profecta sit; quemadmodum nonnulli cdd. in Luca v. 9 item e Marco οἱ δὲ ἐσιώπων et v. 10 μετ' ὀργῆς addiderunt, et pro αὐτῷ - τῷ ἀνθρώπῳ, pro ἐποίησε - ἐξέτεινε scripserunt. Igitur censoris erit, varie legere, ut Marco ἀποκτεῖναι, concordante f. lat. cum cl. or. (de intt. minus liquere potest in ejusmodi dictione), Lucæ ἀπολέσαι relinquatur auctoritate cl. occ.

v. 7. Transpositionem, quæ Griesb. cl. occ. freto placuit, non magis admitti velim, quam quod eadem c. 4, 32 μείζων πάντων τῶν λαχάνων transponit; cum istius cl. librarii in talibus rebus minus religiose descripserint. Ea v. 31 verba οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ ad instar Matth. 12, 46 et Luc. 8, 19 tali ordine exhibuit, ut modo haud secus ac in locis par. ἡ μήτηρ καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτοῦ (1. 118), modo Marci verbis simpliciter inversis tanquam secundum numeros superscriptos ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδελφοί (115), modo utraque correctione in unum conflata ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ οἱ ἀδ. αὐτοῦ (B C D L, comprobante Griesb.) scriberent. Eadem cl. v. 32 περὶ αὐτὸν ὄχλος, v. 34 τοὺς κύκλῳ περὶ αὐτόν seu τοὺς περὶ αὐτὸν κύκλῳ, Matth. 12, 28 ἐν πνεύματι θεοῦ ἐγώ (adoptante Griesb.), Luc. 7, 10 εἰς τὸν οἶκον οἱ πεμφθέντες, 7, 38 ὀπίσω παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ (quod Griesb. et Vater. male receperunt) κλαίουσα, τοῖς δάκρυσι ἤρξατο βρέχ. τ. πόδ. αὐτοῦ transposuit.

v. 27. Complures quidem cdd. eam, quæ Griesb. et Scholzio probata est, lectionem οὐδεὶς δύναται tuentur; sed οὐ δύναται οὐδείς, ut vulgo legitur, est modus construendi usitatus, atque interdum a librariis

corruptus: v. c. 5, 37. 6, 5. 14, 60. 15, 4 Matth. 27, 14 Luc. 4, 2. 8, 43. 51. 23, 53. 1 Cor. 9, 15: ὐ κέχρημαι ὐδενί, ubi cl. or. ὐδενὶ ἐχρησάμην similiter correxit.

C. IV.

v. 8. ἄλλα, quod vulgo secundum v. 5 in ἄλλο mutatum est, facillima variatione lege, cum auctoritate fretus f. afr., tum ut sententia sibi constet. Nam ἀναβαίνοντα καὶ αὐξάνοντα, quæ ad καρπόν parum apte referri solent, ad ἄλλα mihi pertinere videntur. Non enim fructus, sed seges frugifera ascendit et crescit. Sic Marcus in archetypo suo reperisse putandus est, quoniam Lucas 8, 8 alio verbo eandem rem significavit: καὶ φυὲν ἐποίησε καρπόν. Si placet, cf. v. 28 sq., ubi Marc. a fructu herbam crescentis et spicam ascendentis frumenti probe distinguit; neque aliter fecit v. 32 et Matth. 13, 26. Cæterum ut error vitetur, nostro loco post καρπόν commate interpungere licet.

v. 15. οἷς pro ὅπυ cd. D, Peschito et aliqui cdd. It. optime habent. Namque pronomini ὗτοι pariter v. 16 et 20 relativum οἵ seu v. 18 participium οἱ ἀκούοντες respondet. Nisi ὅπυ scholion esset, ob proximum nomen ὁδόν excogitatum, Evangelistæ deinceps scribendum fuisse duco: οἵτινες ἀκύυσι, καὶ εὐθέως nosti cetera.

v. 18. Καὶ ὗτοί εἰσιν οἱ εἰς τὰς ἀκάνθας σπειρόμενοι, οἱ τὸν λόγον ἀκύοντες, ita Griesb. secutus cl. or. (quacum faciunt mixti generis documenta KM 33. 69. 106 131. 157 Syr. post.) recte ediderat, sed in Corrigendis ad calcem vol. II p. 39 auctoritate cl. occ. (BDL) motus legi maluit: καὶ ἄλλοι εἰσὶν οἱ εἰς τ. ἀ. σπειρόμενοι· ὗτοί εἰσιν οἱ τὸν λ. ἀ. Idem in Comm. cr. p. 91 sqq. classem orient. accusavit, secundum v. 15. 16 ἄλλοι εἰσὶν in ὗτοί εἰσιν mutasse ideoque posterius ὗτοί εἰσιν præteriisse. Verum cum cdd. BCL v. 20 subsequens ὗτοί εἰσιν in ἐκεῖνοί εἰσιν immutaverint, iidem v. 18 in suspicionem incidunt, elegantiæ gratia

instituto suo οὗτοι in ἄλλοι depravasse, ne toties eadem verba repeterentur. Salvator autem non adeo oratorem egit, ut in iisdem rebus alia verba quæritaverit. Coptus, f. afr. addictus, cum hac quidem καὶ ἄλλοι εἰσίν legit, sed nondum posterius οὗτοί εἰσιν agnovit; adeoque medius inter cl. occ. et or. viam indicat, qua scriptura orientalis pedetentim corrupta sit: primo scilicet nonnisi ἄλλοι correctum, et post denique οὗτοί εἰσιν ante οἱ τὸν λόγον introductum fuisse. Deinde alii utramque lectionem conjuncturi, restituerunt e cl. or. καὶ οὗτοί εἰσιν et reliquerunt e cl. occ. postea οὗτοί εἰσιν, sicut vulgo editur. Qua re cum nihil ineptius esse possit, alii denique (1 13. 118. 124) priore loco οὗτοί (seu ἄλλοι) εἰσιν omiserunt, posteriore posuerunt. — Post λόγον addit cd. 1 μου, qua observatione locupletanda est varia lectio n. T.

v. 24. Verba καὶ προστεθήσεται ὑμῖν τοῖς ἀκούουσιν, (Scholz. mendose ἀκούουσι edidit,) quæ in duobus cdd. gr. D G et ex intt. tantum in Copto Vlg. ms et cdd. It. interciderunt, Griesb. immerito tam suspecta visa sunt, ut ea præteriret, quorum omissio multo facilius adjectione duobus modis explicatur. Namque aut oculi scribarum a μετρηθήσεται ὑμῖν trans verba καὶ προστεθ. ὑμῖν salierunt, ut re vera unus e cdd. ejusdem generis 114 habet, nonnisi καὶ προστεθ. ὑμῖν omittens, et post censor latinus præterea τοῖς ἀκούουσιν tanquam absurda abjecit. Aut scholion προστεθήσεται, quod ipse D verbo δοθήσεται v. 25 substituit, super linea repertum librariis specie transpositionis fraudi fuit, ut antea καὶ προστεθήσ. ὑμ. τοῖς ἀκούουσιν gradatim expungerent. Contra Griesb. in Comm. cr. p. 93 sq. ex hoc ipso scholio codicis D alteroque post μετρηθήσεται ὑμῖν subjuncto τοῖς ἀκούουσιν censuit additamentum καὶ προστεθ. ὑμ. τ. ἀκ. conflatum esse. Verum et argutius appositum esset a scholiasta τοῖς ἀκούουσιν insolenti more, quo sententia

non illustraretur, sed intricata et obscurior redderetur; neque bina illa scholia tam facile in unum coaluisse arbitror. Integra lectione origo varietatis melius sane perspicitur. Neque demiror, expleta e cl. or. lacuna, in f. afr. tantum καὶ προςτεθ. ὑμῖν, non æque τοῖς ἀκούουσιν redintegrata, in Armeno autem hæc omnia post ἀκούετε rejecta esse. Non magis vero rationes externæ, quam res ipsa et scriptionis tenor comma, de quo agitur, tuentur. Hoc enim demto, hiaret oratio, et versiculi 24 et 25 suo vinculo carerent. Nimirum verba βλέπετε, τί ἀκούετε et sequentia ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ, δοθήσεται αὐτῷ, interjectis προςτεθήσ. τοῖς ἀκούουσιν appropinquantur et definiuntur, atque ista ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν per se minus necessaria tantum similitudinis gratia præposita sunt. Nam verba ἐν ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε et ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ non ita sibi respondent, ut conjunctione γάρ jungi possint, quasi τὸ μετρεῖν esset idem quod ἔχειν. Sed verba τοῖς ἀκούουσιν et ὃς γὰρ ἂν ἔχῃ sibi respondent, et verbum ἀκούειν restringit et definit illud generale μετρεῖν, ut h. l. proprie sit mente metiri, scilicet audire et percipere.

v. 33. αὐτοῖς, quod a D et pluribus cdd. It. abest, mihi suspectum est, cum quod e proximo commate 34 facile invehebatur, tum quod inde causa explicatur, quapropter in Peschito et aliquot libris Itali infra scripta verba τὸν λόγον a textu proscribebantur.

v. 40. Griesb. in Comm. cr. P. II p. 95 id quidem recte vidit, similes ductus vocum ΟΥΤΩ et ΟΥΠΩ effecisse, ut cl. or. et occ. discreparent, quarum prior οὕτω; πῶς οὐκ ἔχετε, altera simpliciter οὔπω ἔχετε exhibet. Griesb. ex οὔπω natum esse οὕτω et sententiæ causa πῶς οὐκ adjectum existimavit. Idem tamen parum sibi constans οὕτω nullo signo reprobationis notavit, quamquam οὔπω pro πῶς οὐκ aperte præferret. Nullus autem reperitur codex, qui lectionem οὕτω; οὔπω firmet. Namque cdd. 1. 13. 69. 131. 209, qui lectiones

or. et occ. conjunxere, ὧδε tanquam extrinsecus susceptum ante δειλοί collocant, et postea οὔπω habent. Alteriutri classi documentorum fideliter obediendum erit. Sed duo argumenta me impediunt, quo minus cl. occ. sequar. Primum si ponamus ὧδε in οὔπω depravatum fuisse, subsequens πῶς οὐκ ineptum deleretur necesse fuit; contra non æque necesse fuit inseri πῶς οὐκ, si οὔπω in ὧδε mutatum fuisset; quippe planam sententiam præbuissent verba: ὧδε ἔχετε πίστιν; Deinde in consimili dicto c. 8, 21 eorundem cdd. occ. quidam (L 1 al.) πῶς οὐ in οὔπω corruperunt, adeoque n. l. suspectioris fidei sunt.

C. V.

v. 7. Pro εἶπε, quod a loco par. Luc. 8, 28 profectum est, scribe λέγει secundum fam. afr., (quacum facit me teste cd. 1) probante Griesb. „Marcus amat præsentia:" verba sunt Schulzii.

v. 9. Alia genera codicum in aliam partem discedunt. Fam. lat. legit καὶ ἀπεκρίθη· λεγεών, cl. or. καὶ ἀπεκρίθη λέγων· λεγεών, ut vulgares libri impressi habent, fam. afr. καὶ λέγει αὐτῷ· λεγεών, quod Griesb., Knappius, Vaterus et Scholzius receperunt. Non concursus verbi λέγειν et nominis λεγεών, ut Griesb. in Comm. cr. II p. 95 sq. sibi persuasit, sed insolentia vocis λεγεών a librariis pro λέγων habiti et descripti illam varietatem peperisse mihi non minus videtur, quam c. 4, 40 similem causam varietatum in adverbio ὧδε cum οὔπω permutato deprehendimus. Id vero dubitari potest, utrum prima scriptura sit germana, altera media, nomine λεγεών bis lecto et in λέγων λεγεών mutato, tertia vero et numero et dignitate ultima atque ad vitandam insuavem iterationem conficta, an contrario ordine tertia sit primo loco ponenda, unde in archetypo cl. or. καὶ λέγει αὐτῷ λέγων· λεγεών per errorem pennæ, deinde per correctionem in cl. or. καὶ ἀπεκρίθη λέγων· λεγεών, et in f. lat. denique καὶ ἀπεκρ. λεγεών

scriptum sit. Qua utraque via corruptelæ ponderata, prior unice vera esse videtur. Nam alioquin cantabrigiensis D interpolationem a cl. or. derivaret, quod facere minus solet. Tum consensus quidam fam. lat. cum cl. or. in lectione ἀπεκρίθη haud parvi æstimandus est. Porro suspicio elegantiæ gratia corrigendi potissimum f. afr. premit. Deinde ut a lectione afr. lectio or. commode derivetur, mediam quandam nusquam obviam καὶ λέγει αὐτῷ λέγων· λεγεών fingi necesse est, eamque vix probabilem. Tandem censores or. illud ad nauseam repetitum λεγ amoturi, vereor, ut λέγων· λεγεών reliquerint. Quibus rationibus adductus, καὶ ἀπεκρίθη· λεγιών germanam esse lectionem judico.

v. 11. μεγάλη et v. 12 οἱ δαίμονες Griesb. obelis notantur. Illud, inquit in Comm. cr. II p. 99, facile confingi potuit vel e commatis 13 clausula, vel e Matth. et Luc. χοῖροι πολλοί seu ἱκανοί. Sed servilius librarii loca par. imitari ac exprimere consueverunt, idque hic fecisse deprehenduntur, cum cdd. 36. 435 ap. Scholz. et Persæ editionum una e Matth. 8, 30 ἀγέλη χοίρων πολλῶν legerint, quo scholio, ut sæpe evenit, supra lineas posito, una infra scriptum μεγάλη intercidit in aliis edd. Persæ, in Copto, D L al. — Eadem causa exstitit omittendorum in f. afr. verborum οἱ δαίμονες v. 12, quæ Griesb. l. c. admodum suspecta videbantur, quasi nulla adesset causa ea negligendi. At duplex scholion super οἱ δαίμονες scriptum fuit, unum πάντες, ut ad v. 9 respiciatur, quod cl. or. textui interseruit, alterum πολλά e v. 10 repetitum, quod Aethiops expressit. — Consimilis ratio est v. 13, ubi ἦσαν δέ tanquam scholion ejiciatur auctoritate cdd. D L 1 aliusque et plurium intt., probante Griesb. Quum enim in B (quamquam apud Bentleium retinet ὡς β' i. e. δισχίλιοι) et Syr. ms. ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι omittantur, veri simile est, in eorum archetypo ἦσαν δέ supra lineam scriptum et ab incerto librario neutrum admissum esse.

v. 14. καὶ οἱ pro οἱ δέ et mox ἦλθον pro ἐξῆλθον probante Griesb. scribe: illud e l. p. Matth. 8, 33 hoc e Matth. 8, 34 et Luc. 8, 35 invectum.

v. 15. Verba τὸν ἐσχηκότα τὸν λεγιῶνα, quæ absunt a fam. lat., Griesb. in Comm. cr. p. 101 immerito dubia esse censuit. Addendi nulla invenitur, sed omittendi idonea causa, quia a l. p. Luc. 8, 35 absunt: quam ob rem cl. occ. non minus καί ante ἱματισμένον præteriisse videtur.

v. 22. ἰδού e l. p. Luc. 8, 41 insertum absit auctoritate cl. occ. Marcum non jungere καὶ ἰδού, monet Schulzius.

v. 23. ζήσῃ in aoristo conjunctivi rescribe e cl. occ., probante Schulzio, cf. not. ad Matth. 12, 29. ζήσεται in cl. or. aut e l. p. Matth. 9, 18 irrepsit, aut quoniam futurum verbi ζῆν audit ζήσομαι, a censore corrigebatur ζήσηται, quemadmodum in paucis exstat, unde vulgares edd. ζήσεται occupavit.

v. 26. αὐτῆς Griesb. et Scholz. perperam ediderunt. Vel αὐτῆς vel ἑαυτῆς sensus requirit, neque abnuunt libri scripti. In cd. 1 reperi τὰ ἑαυτῆς.

v. 29. Vulgo ἴαται male scribitur, cum leges contractionis postulent ἴᾶται, ut etiam nonnulli cdd. exhibent: ipse sic inveni in cd. 1. Antiquissimas membranas accentibus et spiritibus carere constat, quos scite supplere censoris et editoris est.

v. 33. ἐπ' absit auctoritate cl. occ. Alioquin Marcus scripsisset ἐφ' αὐτῇ. Scribendum autem αὐτῇ. Quæ postquam observavi, video item Schulzio probari cl. occ., eumque conferre c. 9, 21.

v. 38. καί, quod Griesb. et Scholz. e f. afr. induxerunt ante κλαίοντας, propter literas sequentes non facilius excidere quam irrepere potuit. Absit ob sententiam, quæ appositum ad θόρυβον requirit.

C. VI.

v. 2. γινόμεναι pro γίνονται, ut exstat in f. afr. (B L 33 Ev. 31), notatu perdigna est scriptura, cum

facile

acile ex oratione præcedente πόθεν vel τίνες mente intelligatur. Qua difficiliore admissa, explicatur, ur alii (C*DK) ἵνα καὶ-γίνωνται, alii cl. or. addicti τι καὶ-γίνονται, et hinc alii καί (demto ὅτι)-γίνονται cripserint. Conferatur locus haud dissimilis c. 1, 27 ostraque nota ei apposita.

v. 3. ὁ τέκτων omittitur a *Syro hier.*, quod quidem non approbo, sed ideo observandum esse duco, quod ejusmodi omissiones, nisi veræ, ibi deprehendi non solitæ sint. Duce loco par. Matth. 13, 55 correctum fuit ὁ τοῦ τέκτονος υἱὸς καὶ Μαρίας in cdd. gr. Ar. Aeth. Arm. Slav. Vlg. ms. cdd. It. Orig.; unde fieri potuit, ut nescio quis orthodoxus studiosus divinitatis Jesu hanc pericopam ad publicum usum destinatam vulgari modo mutare cœperit: cf. not. ad Matth. 24, 36. Dispiciendum ergo, utrum cdd. auctoritas ad Syri testimonium accedat, nec ne.

v. 9. ἐνδύσασθαι vulgare, quod Griesb. et Scholz. complurium cdd. (etiam 1) auctoritate freti in ἐνδύσησθε mutaverunt, restituendum censeo. Nam cum præcedens ὑποδεδεμένους scilicet εἶναι a παρήγγειλεν rectum, ad sequentis infinitivi opinionem inducit, tum v. 10 verba καὶ ἔλεγεν αὐτοῖς demum initium orationis directæ designant. Cod. B*, qui ἐνδύσασθε habet, viam ulterioris corruptelæ ἐνδύσησθε monstrare videtur. Sæpe enim factum est, ut a mendo non voluntario correctio non minus mendosa proficisceretur, respectu vel sententiæ vel ut hic grammatices habito, quæ pro imperativo conjunctivum requirere videretur.

v. 16. ἐκ νεκρῶν deleatur, auctoritate *Syri hier.* Copti et f. afr. Codex 1 originem corruptionis e l. p. Matth. 14, 2 natæ propius ostendit, οὗτός ἐστιν Ἰωάννης, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν exhibens. Ceteri retinuerunt: οὗτός ἐστιν, αὐτὸς ἠγέρθη ἐκ νεκρῶν, præter paucos sed graves testes, quos Griesb. recte secutus

est, in quibus tantum ὅτος ἠγέρθη legitur, vel demtis vel additis ἐκ νεκρῶν. Quæ vero postrema verba item aut e Matth. illata esse eo magis inde apparet, quod nonnulli cdd. cum Origene æque ἠγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν habeant, aut e v. 14 assumta e transpositione codicis D aliorumque, qui ἐκ νεκρῶν ἠγέρθη habent, arguuntur.

v. 33. αὐτόν post ἐπέγνωσαν, quod Griesb. auctoribus paucis cdd. (B D 1. 118. 131 al.) ejecit, restitue. Namque in compluribus libris αὐτόν propter præcedentem pluralem in αὐτούς mutatum; quare facillime in nonnullis omnino omittebatur. Brevius etiam cd. 1, de quo non fideliter omnino relatum est, quemque ego inspexi, sic habet: καὶ ἰδόντες αὐτοὺς ὑπάγοντας, ἔγνωσαν πολλοί. Qui participium introduxerunt, facile adducti sunt, ut compendii causa pronomen alterum delerent. — Mox scribi oportet συνέδραμον ἐκεῖ, καὶ προῆλθον αὐτούς, omissis καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν, ut est in B. Griesb. quidem unum cd. 1 secutus συνέδραμον καὶ ἦλθον ἐκεῖ legit; ita vero difficile intellectu esset, unde varietas lectionum orta fuerit. Codex L, qui pro sua affinitate cum cd. B καὶ προσῆλθον αὐτούς, omissis καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν, legit, causam corruptionis monstrare videtur; nam librarii id correxerunt in καὶ προσῆλθον πρὸς αὐτούς, ut Arabs exprimit omissis καὶ συνῆλθ. πρ. αὐτ. Italus, cum varie super προ et αὐτούς correctum vidisset, et ignarus, quidnam eligendum esset, iis ejectis nil nisi συνέδραμον ἐκεῖ καὶ ἦλθον reliquit. Idque ille librarius, quem Griesb. probavit, transposuit: συνέδρ. καὶ ἦλθον ἐκεῖ, ut sententiæ subveniretur. Alii posthac utrumque junxerunt: καὶ προῆλθον αὐτοὺς καὶ προσῆλθον πρὸς αὐτούς, ut exstat in cdd. 220. 225. Alii magis etiam mutavere alterum incisum in καὶ συνῆλθον πρὸς αὐτόν. Alii prius incisum ejecerunt (D 28 50); alii denique (Mosq. i. n. Euthymius), ut fieri solet, utrumque delerunt.

v. 34. ὁ Ἰησοῦς restitue. Griesb. f. afr. secutus ejecit. Sed cum cd. A ad instar l. p. Matth. 14, 14 ea verba ante εἶδεν posuisset, allii ejusdem fam. facillime adduci potuerunt, ut omnino omitterent, id quod aliunde deletum alibi adjunctum deprehenderent: ideoque in iis auctoritatis parum est.

C. VII.

v. 24. τήν et sensu et majore parte cdd. utr. cl. (etiam 1) suadente, deleatur: id quod nunc video fecisse Scholzium. Sic c. 8, 26 Griesb. articulum ante οἶκον fidentius ejecit.

C. VIII.

v. 3. οἶκον αὐτῶν male editur pro οἴκ. αὐτῶν.

v. 7. Griesb. in Comm. cr. II p. 129 sq. veritatem verborum καὶ αὐτά in dubium vocavit, etsi a nullo vetere cd. absunt, nisi forte a 61. 67, verum ne de iis quidem satis liquet. Cl. or. unanimis textum vulgarem tuetur, quem cl. occ. ita adauxit, ut f. afr. εὐλογήσας αὐτὰ εἶπε καὶ ταῦτα παραθεῖναι, f. lat. εὐλογήσας εἶπε καὶ αὐτὰς ἐκέλευσε παρατιθέναι scriberet, alia documenta cl. occ. sæpe addicta ad hanc simplicitatem reducerent: αὐτὰ εὐλογήσας εἶπε παραθεῖναι (1. 124 Syr. Pers. Vlg. It.), sive εὐλογ. αὐτὰ εἶπε παρ. (Arr.), sive εὐλ. αὐτὰ εἶπε παραθ. καὶ αὐτά (13 69. 106. 114 al.). Hæc discrepantia, quæ in cl. occ. a scholio ad verbum εὐλογήσας adjecto oriebatur, ipsius quidem auctoritatem minuit, non vero consensum cl. or. infringere potest.

v. 19. Hoc comma incipiat verbis: Καὶ οὐ μνημονεύετε, ὅτε, quæ est vera interpunctio complurium cdd. gr. et intt. Nam præcedens oratio generaliter mentis aciem spectat, cum vero memoriæ imbecillitas objurgetur, satius erit, id ad certa acta, quæ memoria tenenda essent, referre, ut l. p. Matth. 16, 9.

v. 25. Verba καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, ut sequentia καὶ ἀποκατεστάθη explicarentur, intrusa esse

videntur. Vario modo enim exhibentur: seu καὶ διέβλεψε, seu καὶ ἐνέβλεψε, seu καὶ ἤρξατο ἀναβλέψαι, seu καὶ ἐποίησεν αὐτὸν βλέψαι, seu, ut vulgo, καὶ ἐπ. αὐτ. ἀναβλ., seu junctim καὶ ἐποίησεν αὐτ. ἀναβλ. καὶ διέβλεψε, ita ut hæc omnia scholiorum speciem præ se ferant. Peschito et Aethiops recte omittunt, et interpres Persicus in polyglottis neque verba explicata neque explicantia, ut fieri solet, agnoscit, sed inde a καὶ ἐποίησεν usque ad ἀποκατεστάθη omnia prætermittit. — Ibid. pæne omnium intt. ac cl. occ. auctoritate lectio per se laudabilis ἅπαντα præferenda: adoptasse eam Scholzium gaudeo.

v. 35. ἐμοῦ καὶ absunt a cd. D, cdd. It. Arm. Aeth. et Origene, ac sane suspecta sunt, cum loca par. Matth. 16, 25 Luc. 9, 24, quorum vestigia in hoc commate cum alibi (v. not. ad Luc. 6, 18), tum addendo e Luca οὗτος multifariam expressa sunt, occasionem irrependi dederint. Cum super linea posita sint, intelligitur, cur in Slavo et cd. gr. 28 propter correctionem hæsitante item verba infra scripta ἕνεκεν τοῦ εὐαγγελίου exciderint. — In cd. 1 reperi τὴν ψυχὴν αὐτοῦ.

C. IX.

v. 19. αὐτῷ restitue, quod Griesb. et Scholz. in αὐτοῖς mutaverunt. Ex correctione enim cl. occ. hoc habere propterea videtur, quod ejusdem generis libri quidam (c 13. 69. 124 al.) neque hoc nec illud agnoscentes, lituram habent. Sic Luc. 9, 41 inversio verborum τὸν υἱόν σου ὧδε, quam cl. occ. habet, æque suspecta; quoniam in D ejusdem cl. ὧδε exciderat. Sed nostro loco correctionis occasio in promtu erat, respectu orationis sequentis habito. Quamquam sententiæ tenor etiam magis αὐτῷ tuetur, quia ἀποκριθεὶς, abs quo pronomen pendet, unum, qui antea verba fecit, proprie respicit; licet τὸ λέγει ad omnes, qui aderant, pertineat. Pariter Matth. 26, 40 nonnulli libri τῷ Πέτρῳ ob sequens οὐκ ἰσχύσατε

in αὐτοῖς mutabant. Non minus in Luca habetur c. 9, 50: εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς· μὴ κωλύετε, ubi quidam cdd. æque πρὸς αὐτούς correxere, c. 13, 15: ἀπεκρίθη αὐτῷ, ubi eandem ob causam unus e Mosq. αὐτοῖς mutavit.

v. 20. ἰδόν loco ἰδών, quod vel negligentiæ ob alliterationem ad πεσών vel inscitiæ generis neutrius vel imitationi commatis 15 deberi videtur, e quindecim cdd. gr. et Syr. utr. Pers. emenda. Nam quod nominativum absolutum esse volunt, loco ἰδόντος τοῦ υἱοῦ αὐτόν, mihi non probatur. Nominativus quidem longioris tenoris vel apposito adauctus absolute pro casu obliquo ponitur Act. 7, 40 e Deuteronomio, Joh. 17, 2 Apocal. 2, 26. 6, 8; vel ibi reperitur, ubi verbum regens casum obliquum longius absit (2 Cor. 8, 23 ib. not. nostr.): est enim anacoluthon quoddam. Nusquam vero nominativus pro genitivo absoluto collocatur. Mox v. 26 item neutra restitue κράξαν καὶ πολλὰ σπαράξαν, quæ Griesb. in κράξας κ. π. σπαράξας mutavit. Similiter Luc. 9, 39 quidam veteres libri συντρίβων, c. 11, 24 εὑρίσκων et v. 25 ἐλθών exhibent, licet hæc tria participia ad πνεῦμα referri oporteat.

v. 28. Cl. occ., ut alibi (v. not. ad Act. 22, 17), accusativum εἰσελθόντα αὐτόν in genitivum absolutum εἰσελθόντος αὐτοῦ mutavit, quod Schulzius male probavit. Frequens autem est in n. T. hæc constructio, participium in casu, quem regit subsequens verbum, ponendi et pronomen eodem casu adjiciendi. Neque tamen id genus dicendi ea necessitate, qua in sermone latino, observatur, sed cum id quod per participium enunciatur, vel sensu vel verborum copia paullum disjunctum est a verbo finito, genitivo absoluto prævio, subjungitur pronomen casu diverso: Matth. 17, 9: καταβαινόντων αὐτῶν, ἐνετείλατο αὐτοῖς, c. 18, 25 Luc. 9, 42 Marc. 6, 22.

v. 31. μετὰ τρεῖς ἡμέρας recte est in cl. occ. Vulgaris scriptura τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ e l. p. Matth. 17, 23. Marcus in hoc genere dicendi μετὰ τρεῖς ἡμέρας frequentat: c. 8, 31. 9, 2. 10, 34 (ubi v. n. not.). — Cd. 1 legit ἐγερθῆναι pro ἀναστῆναι, quod frustra quæres in lect. var.

v. 38. δαιμόνια, ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν· καὶ ἐκωλύομεν αὐτόν, omissis ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, ita castigandus locus secundum fam. lat. (D 1. 13. 69. 106 et al.), idque Schulzio probari jam video. Nam quod nonnulli veteres libri verba καὶ ἐκωλύομεν αὐτὸν, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν omittunt, alius et hæc et priora ὃς οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν præterit; credibile fit, e Luca 9, 49 verba parallela intra lineas fuisse apposita, adeoque lituram ortam esse. Igitur neque f. afr., quæ, Griesb. suffragante, Lucam expressit, omittendo ὃς οὐκ ἀκολ. ἡμῖν et in fine commatis adjiciendo ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν, neque cl. or., quæ utrobique et Marco sua et aliena e Luca exhibuit, audiendæ sunt. In imperfecto ἐκωλύομεν conveniunt familiæ afr. et latina.

v. 40. ἡμῶν, ὑπὲρ ἡμῶν, ita rescribe, suffragante Schulzio, ut est in vulgaribus edd. et cd. 1 aliisque. Plures quidem cdd. et intt. mutationi Griesb. et Scholzii ὑμῶν, ὑπὲρ ὑμῶν favent; nego vero ita commata 39 et 40 apte cohærere. Nam se ipse includere in pronomine ἡμῶν debuit, qui ante de se aliquid prædicaverat. In eodem pronomine complexus quoque discipulos, de ipsis v. 41 pergere potuit. Alia ratio est in l. p. Luc. 9, 50, quem librarii ὑμῶν exarantes expressisse videntur.

v. 42. Cl. occ. μύλος ὀνικός pro λίθος μυλικός e Luca 17, 2, eademque per compensationem in Luca e Marco λίθος μυλικός transscripsit.

C. X.

v. 16. εὐλόγει rescribe e pluribus antiquis cdd., præeunte Scholzio: v. not. nostr. ad Act. 11, 29.

v. 34. καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν, hunc ordinem tenet *Syrus hier.* cum cl. occ. testibus (BCL 237. 259. 406 ap. Scholz. Copt. Vulg. cdd. It.). Omittuntur in cdd. aliis καὶ μαστιγώσουσιν αὐτόν, in aliis καὶ ἐμπτύσουσιν αὐτῷ, in aliis καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, in aliis denique καὶ μαστιγώσ. αὐτ. καὶ ἐμπτύσ. αὐτ. Nemo non sibi persuadebit, et omissiones et transpositionem ex homœoteleutis exortas esse, cum duo incisa in ουσιν αὐτῷ et totidem in ουσιν αὐτόν desinerent. Sed secundum vulgarem ordinem verborum bene quidem intelligeretur, ab ουσιν αὐτῷ ad αὐτῷ i. e. καὶ μαστιγ. αὐτ. καὶ ἐμπτύσ. αὐτ., et inde ab ουσιν αὐτόν ad αὐτόν i. e. καὶ ἐμπτύσ. αὐτ. καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν excidisse; neque vero idonea ratio patet, vel singula membra omittendi, vel καὶ ἐμπτύσ. αὐτ. καὶ μαστιγ. αὐτ. transponendi. Admisso ordine Syri hier., omnia perspicua sunt. Nam ita facillime fieri potuit, ut ab αὐτῷ ad αὐτῷ i. e. καὶ ἐμπτύσ. αὐτῷ (28 40. 61 al. 7), alibi ab αὐτόν ad αὐτόν i. e. καὶ ἀποκτεν. αὐτόν (D 225 Ev. 44), alibi et illud et hoc (157) excideret. Incisum καὶ ἐμπτύσ. αὐτῷ desideratum a censore quopiam intra lineas sive in margine adscriptum esse putandum est: in exemplis deinceps exaratis vel alieno loco post καὶ μαστιγ. αὐτ. rejiciebatur, ubi vulgo legitur, vel substituebatur in locum καὶ μαστιγ. αὐτ. (D 47), vel, ut fieri solitum est, a hæsitantibus scribis et καὶ ἐμπτ. αὐτ. supra et καὶ μαστιγ. αὐτ. infra omittebatur (115 Matth. 17). Igitur etiam h. l. unice veram scripturam Syrus hier. sequitur. — Cd. 1 omittit αὐτόν post ἀποκτεν., quod aliis non erat observatum, præterea vulgarem scripturam sequitur. — Mox τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ e l. p. Matth. 20, 19 Luc. 18, 33 desumtum: μετὰ τρεῖς ἡμέρας recte habet cl. occ., assentiente Schulzio.

v. 36. Pauculi cdd. e similibus locis c. 10, 51 Matth. 20, 32 τί θέλετε ποιήσω ὑμῖν correxerunt. Griesb. in Comm. cr. II p. 151 eam lectionem de-

fendit, ratus item in B 13 eam occurrere, quos autem æque ac L τί θέλετέ με ποιῆσαι ὑμῖν exhibere docuit Schulzius ad h. l. Griesb. a duriore scriptura τί θέλ. ποιήσω ὑμ. ceteras profectas esse sibi persuasit. Neque vero crediderim, accusativum cum infinitivo inde ex correctione introductum fuisse, sed leviore mutatione librarios injiciendo ἵνα ante ποιήσω acquievisse (ita 106 Matth. X), quemadmodum c. 10, 51 et Matth. 20, 32 factum sit. Eo magis ποιήσω vel ἵνα ποιήσω intervalla linearum olim occupasse puto, quod in D infra scriptum τί θέλετε excidit, ubi tantum ποιήσω ὑμῖν habetur.

v. 38. 40. ἢ pro καί bis edatur e cl. occ. Nam doctius est ἤ, et patuit occasio mutandi priore loco e v. 39 (plurima documenta præterea Matth. 20, 22, ubi eadem verba e Marco assuebantur, in ἢ pro καί conveniunt), posteriore e l. p. Matth. 20, 23, unde item post εὐωνύμων in quosdam libros μου irrepsit.

v. 41. λοιποί, quod ante δέκα *Syrus hier.* D et cdd. It. addunt, potius ob studium Matth. 20, 24 exscribendi vulgo excidisse, quam interpretandi causa illatum esse videtur. Sane quidam cdd. e Matth. ἠγανάκτησαν περὶ τῶν δύο ἀδελφῶν in locum ἤρξαντο ἀγανακτ. π. Ἰ. καὶ Ἰωάννου substituerunt. Et illud λοιποί voluntati Marci, qua brevitatem Matth. augere et explicare consuevit, bene convenit.

v. 42. Similiter e Matth. 20, 25 vulgo corruptus est ordo verborum, qui e cl. occ. ita restituendus approbante Schulzio: Καὶ προσκαλεσάμενος αὐτοὺς ὁ Ἰησοῦς λέγει αὐτοῖς. — Cd. 1 sequitur ordinem vulgarem, sed omittit αὐτούς.

v. 43. ἐστιν ἐν ὑμῖν, in cl. occ. recte servatum, ad instar Matth. 20, 26 (ubi per compensationem nonnulli ἐστίν correxerunt) vulgo in ἔσται ἐν ὑμῖν corruptum est. Pariter alterum ἔσται e Matth. in ἔστω in quibusdam cdd. mutatum, atque in permultis διάκονος ὑμῶν in ὑμῶν διάκονος, qui ordo Griesb. nimis placuit.

placuit. Neque magis v. 44 ἐὰν pro ἂν scribere debuit Griesb.; est enim ex Matth. 20, 27, unde præterea ἐν ὑμῖν εἶναι in locum ὑμῶν γενέσθαι a cdd. substituebatur. Mecum in his lectionibus sentire Schulzium gaudeo.

v. 50. Quum cl. occ. ἀναπηδήσας, cl. or. ἀναστάς, Origenes utrumque conjunctum exhibeant, non dubito, quin alterumutrum interpretandi causa adjectum fuerit. Propius autem fidem accedere videtur, ἀναστάς supra ἀναπηδήσας quam contra scriptum fuisse. Præterea hoc participium vivæ descriptioni Marci illo convenientius est.

v. 52. αὐτῷ, quod Griesb. secundum cl. occ. vulgari τῷ Ἰησοῦ substituit, e l. p. Matth. 20, 34 (unde quidam item ἠκολούθησεν correxere) et Luc. 18, 43 invectum, eoque magis τῷ Ἰησοῦ in archetypo cl. occ. super linea tantum positum fuisse videtur, quod Peschito, quæ sæpissime cum f. afr. convenit, oculis ob correctiones deceptis, et τῷ Ἰησοῦ et αὐτῷ omisit (quod Griesb. in Comm. cr. II p. 152 nimis probavit), atque ex Persæ edd. una αὐτῷ legit, altera neutrum agnovit. Sic, ut hoc utar exemplo, Luc. 19, 15, si non alias certa esset lectio αὐτῷ, jam propterea spernenda est scriptura codicis D αὐτοῦ, quod propinqui intt. Vulg. It. neutram habent. Obtemperetur itaque classi or., in qua nullum correctionum vestigium hoc certe loco occurrit. Schulzius quoque vulgarem scripturam ex Marci usu defendi posse monet.

C. XI.

v. 32. ἐὰν deleatur consensu plurimorum cdd. utr. cl., præeuntibus Knappio et Scholzio. Quod si εἴπωμεν et ἐφοβοῦντο conjunctione ἐὰν copulata essent, a prima persona ad tertiam delabi non licuisset Evangelistæ. Additum est ἐὰν consilio eorum, qui ἐφοβοῦντο secundum Matth. 21, 26 in φοβούμεθα mutato constructionem æquabilem reddere cœperint. Sane

complures testes, qui φοβούμεθα correxerunt, iidem ἐὰν agnoscunt, eorumque, qui ἐὰν habent, pars ἀλλ' omittit, quo pateat, ἐὰν super linea positum fuisse. Cæterum oratio sibi constat, cum interrogative et dubitanter dictum sumas: ἀλλ' εἴπωμεν· ἐξ ἀνθρώπων; Respondet Marcus suo nomine, idque elegantissime fecisse videtur, quoniam haud facile quisquam sibi ipse aperte timorem adscribere consuevit. Præterea qui secum ipsi loquuntur, ellipticam rationem amant.

C. XII.

v. 22 sq. Vulgata scriptura expressit loca par. Matth. 22, 27 sq. Luc. 20, 32 sq. Igitur ordo verborum in cl. occ. obvius καὶ ἡ γυνὴ ἀπέθανεν præferendus. Præterea non modo οὖν, sed verba ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει vereor ne quis e Matth. et Luca invexerit, et Marci manus sit ὅταν οὖν ἀναστῶσι, quæ hoc
ἐν τῇ ἀναστάσει
modo ὅταν οὖν ἀναστῶσι primitus adulterata sit. Sic enim intelligitur, cur tum ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει simpliciter (33), tum ἐν τῇ ἀναστάσει οὖν (D 28), tum ἐν τῇ ἀναστάσει omissis ceteris (B L Copt.), tum ἐν τῇ οὖν ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι, ut vulgo, tum ἐν τῇ ἀναστάσει, ὅταν ἀναστῶσι (E F H S V X al.), tum ἐν τῇ ἀναστ. οὖν, ὅταν ἀναστῶσι (G 1. 73. 209. 299), tum denique ὅταν (οὖν 13. 346) ἀναστ. ἐν τῇ ἀναστάσει (13. 69. 346 ap. Scholz.) exscriptum sit. Verum rectius Aethiops ὅταν οὖν ἀναστῶσι exhibuit. Respondens Jesus v. 25 ad eadem verba, quibus Sadducæi utebantur, redit æque ac in Matth. 22, 30. — In cd. 1 ego v. 22 ἔσχατον δὲ πάντων reperi.

v. 30. Verba καὶ ἐξ ὅλης τῆς διανοίας σου omnia indicia falsitatis præ se ferunt. Absunt a *Syro hier.* Arm. cdd. It. D 157 Matth. f. Ea detrudebant in K aliisque voces infra scriptas καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς σου, in cd. 157 una cum his excidebant, transponebantur denique in A ante καί - ψυχῆς, in 218 post ἰσχύος

σου. Verbum hebraicum מְאֹד Deuter. 6, 5, quod Alexandrini voce δύναμις verterunt, Matth. 22, 37 nomine διάνοια, Luc. 10, 27 et Marcus h. l. nomine ἰσχύς expresserunt. Sed ex Matth. καὶ ἐξ ὅλ. τ. διανοίας σου Marco adscripta, et sic ab aliis deinceps inserta sunt; ut vicissim in Matth. ex Marc. satis vetusta documenta (Peschito, Aeth. et cdd. gr.) καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ἰσχύϊ σου post διανοίᾳ σου addiderunt. Non magis Marco quam Lucæ idem additamentum post ἰσχύος σου e Matth. assuebatur, quod quidem in omnibus edd. impressis reperitur, sed ab eodem D It. et Tertulliano recte abest. Isque D in Luca non in suspicionem cadit, propterea καί-διανοίας σου omisisse, quod ea in Marco suo non deprehenderit: namque in aliis rebus non ad instar Marci, sed ad instar Matth. hoc modo: ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου κ. ἐν ὅ. τ. ψ. σου κ. ἐν ὅ. τῇ textum conformavit. Deleantur ergo, quæ nec Marco neque Lucæ sunt, et diutius, quam fas erat, sacrum textum inquinaverunt.

v. 32. θεός, quod Griesb., Knappius et Scholz. consentiente parte cl. or. cum f. afr. ejecerunt, reponatur auctoritate partis cl. or. et f. lat., sensu postulante. Sæpe enim ΘC in antiquis documentis excidit (v. not. nostr. ad Rom. 12, 19); quod eo facilius fieri potuit, cum minus accurate OC exaratum fuerit (v. ad 1 Timoth. 3, 16).

v. 33. Verba καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς e v. 30 repetita proscribantur ex auctoritate f. afr. Jam enim causa per se spectata, nego veri simile esse, ab homine legis perito ad sacrum textum quartum incisum e suo ingenio adjectum esse; atque adeo συνέσεως est translatio explanatoris loco ψυχῆς. Quod cum ita sit, recto ordine, ut in Deuter. 6, 5 et tribus locis n. T., tria membra orationis sese excipiunt. Suspicio confirmatur, ista verba duntaxat super linea olim posita fuisse, quod infra scripta καὶ ἐξ ὅλης τῆς ἰσχύος in D et Arm. exciderint. In archetypo, unde

cdd. 1. 118 et Coptus emanarunt, utrumque et καὶ-ψυχῆς et καὶ-ἰσχύος primum interiisse, deinde autem posterius membrum suppletum esse putandum est. Namque in iis documentis ita transponebatur: καὶ-ἰσχύος καὶ-συνέσεως.

v. 37. οὖν secutus cl. occ. dele. Invectum ex l. p. Matth. 22, 45 Luc. 20, 44, unde præterea λέγει in καλεῖ et πόθεν in πῶς in veteribus libris mutabatur.

v. 40. Adverte ad additamentum καὶ ὀρφανῶν post χηρῶν in *Syro hier.* It. D 13. 28. 69. 124. 346 obvium, quod propter l. p. Matth. 23, 14 Luc. 20, 47 facile omittebatur.

v. 43. λέγει restitue, quod etiam reperi in cd. 1. Nam cl. occ., ex qua Griesb. et Knapp. εἶπεν acceperunt, in hujusmodi rebus ad elegantiam pertinentibus, subsequente mox verbo λέγω, suspectior est. Conferantur l. p. Luc. 21, 3 et nostra nota ad Marc. 5, 7.

v. 44. Parum sibi constant editores (non exceptis Griesb. et Vatero), qui αὐτοῖς et eodem tenore bis αὐτῆς, neque minus in l. p. Luc. 21, 4 αὐτοῖς scribi jusserunt. Detur itaque Marco item αὐτοῖς.

C. XIII.

v. 18. ἡ φυγὴ ὑμῶν abest a cl. occ., probante Griesb. in Comm. cr. II p. 172. Invectum e l. p. Matth. 24, 20, unde etiam nonnulli μηδὲ σαββάτῳ addebant. — In cd. 1 inveni ὑμῶν ἐν χειμῶνος.

v. 27. Pronomen post ἀγγέλους, e l. p. Matth. 24, 31 insertum, auctore cl. occ. expungatur.

C. XIV.

v. 9. τοῦτο, quod a cl. occ. abest, suspectum est: ex l. p. Matth. 26, 13 invehi poterat.

v. 20. ἀποκριθεὶς secundum cl. occ. expungatur. Ex l. p. Matth. 26, 23 non minus illatum, quam exeunte commate in aliis τὴν χεῖρα, in aliis αὐτός με παραδώσει.

v. 22. Verba ὁ Ἰησοῦς, quæ a BD cdd. It. Sahid. absunt, et alibi post ἄρτον transponuntur, suspecta sunt: poterant e l. p. Matth. 26, 26 inseri, unde quoque καί ante εὐλογήσας et φάγετε post λάβετε in veteribus libris addebatur. Similiter v. 23 τό Matthæo 26, 27 debetur; ejiciatur secundum cl. occ. Per compensationem articuli etiam Matth. 26, 26 ante ἄρτον et v. 27 ante ποτήριον in libris manu scriptis omittebantur.

v. 27. Quum in cdd. gr. 13. 28. 157 cdd. It. et Victoris Comment. in Marc. verba ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, in aliis ἐν ἐμοί, in cl. occ. utraque desiderentur, in cl. or. utraque exstent, jam ideo probabile est, alteram partem extrinsecus assutam, vel alteram vel utramque propulisse. Inserendi occasionem dedit l. p. Matth. 26, 31, unde præterea post πρόβατα addebatur τῆς ποίμνης. Habet Matth. ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ. Posteriora verba ἐν τ. ν. τ. Marco detrahenda censeo, qui prioribus ἐν ἐμοί minus carere potest.

v. 40. καταβαρυνόμενοι plures cdd. utr. cl. recte habent. Cod. B viam indicat, qua e l. p. Matth. 26, 43 lectio corrumpebatur: habet καταβεβαρυνόμενοι. Nempe supra lineam scriptum inveniebat ejus librarius βε et mox η: priorem notam inserebat, ceteroquin antiqua scriptura relicta.

v. 43. πολύς e l. p. Matth. 26, 47 insertum, expungatur auctore f. afr.

v. 51. οἱ νεανίσκοι e scholio additum et in libris veteribus ante κρατοῦσιν transpositum, proscribatur secundum cl. occ. et plerosque intt.

v. 67. Ἰησοῦ, quod a cd. 61 et quatuor Evangeliariis abest, atque modo ante τοῦ Ναζαρηνοῦ, modo post ἦσθα (addito articulo τοῦ) transponitur, mihi quidem suspectum est, cum quoniam e præcedente syllaba ΟΥ facile ΙΟΥ i. e. Ἰησοῦ nascebatur, tum quia, si quis contemtui est, nomine proprio taceri solet, ut in l. p. Joh. 18, 17: καὶ σὺ — εἶ τοῦ ἀνθρώπου τούτου.

v. 72. τὸ ῥῆμα ὃ plurimi cdd. utr. cl. recte habent, comprobantibus Knappio et Scholz. Genitivus τοῦ ῥήματος οὗ debetur l. p. Matth. 26, 75: ἐμνήσθη τοῦ ῥήματος et Luc. 22, 61: ὑπεμνήσθη τοῦ λόγου, unde f. afr. item ὡς pro ὃ suscepit (assentientibus Paulo Heidelbergensi et Griesb. in Comm. cr. II p. 183). Sed accusativum rei regit ἀναμιμνήσκειν 1 Cor. 4, 17 et ἀναμιμνήσκεσθαι 2 Cor. 7, 15 Hebr. 10, 32.

C. XV.

v. 1. Verba ὅλον τὸ συνέδριον nescio an a lectore quodam antiquo in margine annotata, spuria sint. Nam e pontificibus, senatoribus et scribis totum synedrium constabat (c. 14, 53); ita ut illa verba magis observationem alienam quam appositum opportunum sapere viderentur. In Matth. 26, 59, ubi una certe pars synedrii silebatur, potius οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ πρεσβύτεροι καὶ τὸ συνέδριον ὅλον dicere licuit, quamquam ne ibi quidem vocabula καὶ οἱ πρεσβύτ. certa sunt. Neque tamen jam a cdd. auctoritate recedendum, sed ad eorum lectionem accurate attendendum est. — In cd. 1 reperi † τῶν γραμμ.

v. 8. ἀναβάς pro ἀναβοήσας secundum cl. occ. emenda. Necdum enim populo fuit locus clamandi, sed ascendendi ad prætorium, ut pro consuetudine petere cœperit. Verbum ἀναβοήσας non convenit sententiæ, nisi credas, Pilatum dimittere captivorum quemquam omnino noluisse, populumque id poposcisse; quæ tamen opinio a re esset aliena. Quæ postquam scripseram, vidi eandem emendationem et Griesb. in Comm. cr. II p. 185 sq. et Schulzio probari.

v. 14. περισσοτέρως e cl. or. rescribe; et sententiæ et rationi criticæ convenientius est. Nam quod Griesb., Knapp. et Vaterus περισσῶς receperunt, est e l. p. Matth. 27, 23, unde præterea eorundem cdd. nonnulli perperam ἔκραζον correxerunt. Etiam Scholz. præter suum morem cl. or. deseruit.

v. 25. ἐφύλασσον pro ἐσταύρωσαν habet D, quod sane observatu dignum est, cum de actu cruci affigendi jam commate præcedente monitum sit.

v. 41. Quum in cdd. B 33. 131 Arm. et cdd. It. αἳ sine καί, atque in ACL 157 al. Vulg. Goth. καί sine αἳ sit, suspicor, αἳ a properante librario in καί mutatum, et post, αἳ restituto, utrumque in çl. or. conjunctum esse. Quare ut καί deleatur auctor sum. Eadem ratio est in Luc. 23, 27, ubi cl. occ. unanima καί post αἳ expungi suadet; libri impressi Lucæ æque castigandi sunt.

v. 43. Nota, τολμήσας a *Syro hier.* abesse. Fieri quidem potuit, ut ad mitigandam repetitionem verborum ἦλθεν et εἰσῆλθε adjiceretur. Nihil tamen mutandum.

v. 46. ὁ δὲ Ἰωσὴφ ἀγοράσας exstat in *Syro hier.* Syr. Syr. p. in marg. Vlg. It. D 38. 106. 435 ap. Scholz.; quod certe observari oportet. Nam facile ob homœoteleuton exciderunt verba ὁ δὲ Ἰωσήφ, et lacuna e l. p. Matth. 27, 59 Luc. 23, 53 conjunctione καί explebatur. — Cd. 1 in hoc et sequente commate sic variat: ἐκ τῆς πέτρας. καὶ προσκυλίσας λίθον -- μνημ. ἀπῆλθεν. ἡ δὲ μαρίαμ ἡ μ. κ. μαρίαμ ἡ ἰωσῆτος. Id in lect. var. nondum erat observatum.

v. 47. Collatis v. 40. 47 et c. 16, 1 dubium non est, quin eadem Maria sit, quæ a filiis Jacobo et Jose nuncupetur et distinguatur. Neque vero crediderim, v. 47 eam a filio Jose, eandemque statim c. 16, 1 ab altero fratre Jacobo cognominari. Recte itaque cd. D gr. et lat. Ἰακώβου loco Ἰωσῆ habet. Viam corruptelæ monstrant Syr. hier. et Arm., qui e v. 40 Ἰακώβου καὶ Ἰωσῆ repetierunt, unde alibi nomen infra scriptum Ἰακώβου omittebatur, alibi καὶ Μαρία Ἰωσῆ καὶ Μαρία Ἰακώβου scribebatur.

C. XVI.

v. 9 usque ad finem „spuria esse, inquit Schulzius ad h. l., probarunt Griesb. in Comm. cr. p. 197

sqq. et Schulthessius in ephemerid. Keilii et Tzschirneri Analecten III, 3 p. 109 sqq.“ Quum B unus omnium cdd. gr. qui supersint et antiqui nescio quales in scholiis*) tantum memorati (ap. Gregor. Nyss. or. II de resurr. et ap. Hieron. Quæst. ad Hedib. III), præterea Armenus ms. et Arabs vaticanus istam pericopem omiserint, neque Eusebius ultra v. 8 canones adscripsisse perhibeatur; Griesb. l. c. recte id mihi perspexisse videtur, clausulam Evangelii Marci tanquam in ultima libelli pagina perscriptam in illis documentis fortuito excidisse. Committere enim non potuit Evangelista, ut ipse verbis ἐφοβοῦντο γάρ opus finiret. Qua vero sententia posita, adversarios pericopes apud se reputare oporteret, vim argumenti ab omissione cd. B petiti magnopere minui vel plane infringi. Nihil enim inde colligitur, nisi ab exemplari in fine truncati codicem B exscriptum fuisse. At fieri potuit, ut versiculi 9—20, vera clausula omissa, a peregrina manu suppleti fuerint. Quid, quæso, fieri non potest? Nego autem esse hominis sacrarum literarum studiosi, ejusmodi conjecturas temere effundere, ni gravioribus argumentis nitantur. Namque non minus magisve etiam fieri potuit, ut particula, de qua agitur, jam Irenæo III, 10 cognita, in exemplaribus in fine non mutilatis ab initio fideliter servata esset, vel ut, si qui libri non haberent, ad vera et integra exemplaria recurreretur. Id certo scio, ab omissione clausulæ neque primitus, neque consilio, sed casu facta non valere conclusionem ad ejus falsitatem. Levissima vero sunt, quibus Griesb. l. c. p. 205 sq. suspicionem a cd. B et Eusebio motam augeri existimavit. Miratus est scilicet

*) Monent tamen scholia græca, in accuratis et vetustissimis libris atque in palæstinensi Evangelio exstare pericopem.

Marcum

Marcum de Christo comparente post resurrectionem in Galilæa c. 14, 28. 16, 7 prædicentem, de itinere eo facto, testibus Matth. et Johanne, silere, eundemque alioquin verbosum duobus versiculis 12 sq. absolvere, quæ Lucas pluribus persecutus sit. Iniqua ista ratione non minus Lucas oppugnari posset, qui c. 24, 24 de quibusdam discipulis ad sepulcrum domini profectis et v. 34 de Simone Jesum conspicato scribit, tanquam de rebus notis, tametsi ante de talibus rebus gestis sileatur. Tum ipse Marcus modo copiosus modo brevis, ubicunque perspicuitas, quam amat, plura non postulet, multa a ceteris Evangelistis uberius tradita, et præcipue ineunte ac exeunte Evangelio, in compendium redegit. Ita brevissimus est c. 1, 7 sq. 12 sq. in narratione Johannis prædicantis et Christi tentati in deserto. Idem c. 8, 21 versiculos duos Matth. 16, 11 sq. in verba πῶς οὐ συνίετε contraxit. Supposuisse nonnunquam videtur, lectoribus suis liberum aditum ad Matth. patere, unde reliqua ultro supplere liceret. Sic Marcus nostro loco, quæ Matth. prætermisit, suis temporibus exponit, de duobus Emmaus proficiscentibus (μετὰ ταῦτα v. 12), de undecim Jesum videntibus (ὕστερον v. 14); quæ vero Matthæus 28, 16 de profectione discipulorum in Galilæam habet, Marc. non repetit, sed v. 15 brevissime pergit: καὶ εἶπεν αὐτοῖς. Objicitur præterea a Griesb., quæ v. 9—11 de Maria Magdalena tradantur, ex Johanne decerpta videri, a quo nunquam quidquam mutuatus sit Marc. Verum neutiquam probari potest, Marci verba Johanni deberi; atque adeo verborum dissimilitudo in rebus similibus prodit, neutrum ab altero pependisse. Hugius Introd. in n. T. Vol. II p. 291 ed. 3 ad conjecturam confugit, Marcum ipsum primo negotiis distractum sine, post cum conclusione Evangelium edidisse. Quum vero idem Hugius p. 288 ultro negaret, Marcum hunc finem abruptissimum

καὶ ἀνέστη omittitur), post προφήτης rejiciuntur, quem ordinem ego probo. Hæc enim est naturalis rerum consecutio, neque tamen ejusmodi, ut correctori facile tribui possit. Imo olim omittebantur ista verba, ut e nonnullis veteribus libris constat; restituta vero alieno loco inserebantur. Sed utro loco primitus fuerint, a facilitate omittendi καὶ ἀνέστη ante καὶ ἀναπτ. æstimare potes. — A cd. 1 τὴν ante Ναζαρὲτ abesse vidi c. cl. occ.

v. 34. ἔα absit auctoritate *Syri hier.* et fam. lat. (D 33 al. It. Ar. Aeth. Tertull.). Invectum e l. p. Marc. 1, 24, ubi compensationis gratia itidem in aliquot documentis desideratur. — Mox v. 35 e Marc. 1, 25 ἐξ illatum, cujus loco ἀπ' emenda secundum cl. occ., probante Schulzio, qui pluribus exemplis docet, Lucam in hujusmodi dictione ἀπό, Marc. ἐκ frequentare. Nonnulli libri Marci v. 25 sq. vicissim e Luca ἀπ' depromserunt.

v. 35. Pro ῥίψαν scribe ῥῖψαν, ut nunc video Schulzium edidisse.

C. V.

v. 15. ὑπ' αὐτοῦ recte abest a cl. occ. Ea enim verba scholii instar insititia esse, arguit alienus locus, quo in M 242 et in Peschito post ἀκούειν deprehenduntur: utrobique et post ἀκούειν et post θεραπεύεσθαι habet ea Arabs.

v. 20. εἶπεν αὐτῷ, ita restitue: αὐτῷ enim ob scholion τῷ παραλυτικῷ seu τῷ ἀνθρώπῳ (loco αὐτῷ· ἄνθρωπε) absorptum est in f. afr.; quod eo magis accidisse puto, quia ii testes, qui scholion substituunt, et qui neque scholion neque pronomen agnoscunt, ejusdem cl. occ. sunt.

v. 30. οἱ φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς αὐτῶν, ita recte exstat in *Syra hier.* aliis intt. et cl. occ., sensu requirente, ut pronomen αὐτῶν habeat, quo pendeat. Vulgaris transpositio a l. p. Marc. 2, 16 profecta est, unde αὐτῶν quoque in nonnullis documentis

oppressum est, quod tamen vereor, ut a quoquam additum sit.

v. 35. καί ante ὅταν a fere omnibus intt. et satis multis cdd. gr. utr. cl. (etiam cd. 1) abest; neque crediderim, ideo abjectum esse, ut loca par. Matth. 9, 15 Marc. 2, 20 exprimerentur: contra cum καί ante τότε ad instar eorundem locorum par. in antiquis documentis inculcatum sit, idem καί e margine alieno loco ante ὅταν etiam adscitum esse arbitramur; quo depulso expeditior erit sententia. Namque ii ipsi dies indicantur, quibus sponsus semotus erit; sin καὶ ὅταν legeris, præter illos et (καί) alii nescio qui dies significati forent. — Cd. 1 habere ἀρθῇ pro ἀπαρθῇ vidi.

v. 36. ἐπίβλημα posterius, quod a cl. or. recte abest, scholion redolet, quo languescit oratio: quare a cd. D post καινοῦ transponitur.

v. 38. καὶ ἀμφότεροι συντηροῦνται, quæ in f. afr. desiderantur, mea magis fert opinio, propter Marci locum 2, 22, qui Lucæ videbatur similior, omissa, quam ex Matth. 9, 17 addita esse.

C. VI.

v. 1. τῶν ante σπορίμων, quod a f. afr. abest, suspectum est; quoniam e l. p. Matth. 12, 1 Marc. 2, 23 facile irrepere poterat; ut quidam cdd. Mosq. eadem loca par. secuti articulum ante στάχυας prætermiserunt, quem alii in Matth. e Luca adjecerunt.

v. 7. παρετηροῦντο cdd. utr. cl. recte habent; nam vulgare παρετήρουν e Marc. 3, 2 irrepsisse videtur, ut vicissim istic hinc medium introduxerunt nonnulli, quod Lucæ peculiare esse videmus c. 14, 1. — Nec minus suspectum v. 8 Griesbachio videbatur τῷ ἀνθρώπῳ, cujus loco fam. afr. τῷ ἀνδρί habet. Marc. enim 3, 3 scripsit τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ἐξηραμμένην ἔχοντι τὴν χεῖρα, et in Luca item nonnulli ἐξηραμμένην pro ξηράν expresserunt.

v. 17. Attende ad quorundam veterum librorum scripturam τῦ loco τόπυ, cum hoc potius illo scholion videri possit. Unus e Mosq. conjungit τόπυ τῦ. Sententia, qua τῷ ὄρει v. 12 opponitur τὸ πεδινόν v. 17, articulo favet.

v. 18. ἀπό loco ὑπό Griesb., Knapp. et Scholz. e cl. occ. ediderunt, invito Schulzio. Præpositio ὑπό causam efficientem, ἀπό alienationem, divisionem et derivationem significant: ita c. 8, 2 γυναῖκες τεθεραπευμέναι ἀπὸ πνευμάτων πονηρῶν, scilicet non ista πνεύματα ἐθεράπευσαν, sed a Salvatore ejecta sunt, h. vero loco πνεύματα ὤχλησαν, ergo in passivo ὀχλῦσθαι ὑπὸ πνευμάτων, ut Act. 5, 16 dicitur, sive Marc. 5, 4 διεσπᾶσθαι ὑπ' (nonnulli male item ἀπ') αὐτῦ. Divisionem seu partem aliquam denotat ἀπό c. 8, 3 (ubi cl. occ. ἐκ correxit) c. 24, 42 Act. 5, 2 Matth. 5, 18 Apocal. 22, 19. Schleusnerus quidem Vol. I p. 280. 282 ἀπό indicare nonnunquam causam efficientem et loco ὑπό vel διά poni ait; neque negari potest, interdum ὑπό vel διά usurpari posse, ubi ἀπό collocatum sit. Id vero fortuito evenire, neque ideo ἀπό per se causam efficientem denotare censeo, sed tantum id, quod ab aliquo derivatur. Fons certe, abs quo rivus emanat, rivum efficit, sed casu ejus est causa efficiens; et qui dicit: ἀπὸ κρήνης ῥεῖ πόταμός, nil nisi derivationem fluminis indicat. Ita Thucyd. I, 24 cum dicit: ἀπὸ πολέμυ ἐφθάρησαν, bellum ut fontem naturalem perniciei, non tanquam auctorem efficacem describit. Paulus Gal. 1, 1 etiam inter ἀπό et διά accurate distinguit: ἀπόστολος ὐκ ἀπ' ἀνθρώπων ὐδὲ δι' ἀνθρώπυ, id est, negat homines esse auctores muneris apostolici, ne ministrum quidem quemquam novit præter Chr. ipsum. Matth. 16, 21 verba πολλὰ παθεῖν ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων non idem omnino valent, quod πολλὰ παθ. ὑπὸ τῶν πρεσβ. Nam ὑπό definit causam directe efficientem (ut πάσχειν ὑπὸ τῦ κολάζοντος Plat. Gorg. p. 476 D), sed ἀπό notat

fontem et admittit quoque usum alieni ministerii. Lucas 9, 22 loco par. æque habet: πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων: utrumque dicere licuit, ἀπό et ὑπό, cum duo verba et sensu neutro et passivo et hoc ipsum cum ἀπο compositum jungerentur. Sed sine varietate testes antiqui ἀπό exhibent. Verum tertio loco par. Marc. 8, 31 in cl. occ. πολλὰ παθεῖν καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ὑπὸ τῶν πρεσβυτέρων exstat, quod probo: cum vulgo ἀπό editum sit, quod e Luca et Matth. in cl. or. invectum. Ad eorundem instar in Marc. articulus τῶν in nonnullis omittebatur, v. 34 ὅστις in εἴ τις mutabatur, et ἀκολουθεῖν in ἐλθεῖν, ac v. 36 ἄνθρωπον in ἄνθρωπος. Matth. autem ubi non senatores, qui alienam operam adhibuerunt, sed universe Judæos significat, in eadem causa scite ὑπό usurpat c. 17, 12: ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου μέλλει πάσχειν ὑπ' αὐτῶν. Igitur cum verbum sensu passivo ad nomen eum statum efficiens refertur, ὑπό dici oportet. Ut redeamus ad n. l., si pro passivo ὀχλούμενοι, quod cum nomine efficiente (ὑπό) construitur, substantivum aliquod per se sensu valens e. g. ἀσθενεῖς positum esset, rectius fons infirmitatis hoc modo significaretur: οἱ ἀσθενεῖς ἀπὸ πνευμάτων ἀκαθ. Subtilitates hæ sunt, sed quibus cognitis vera potestas verborum intelligitur, synonyma et multitudo significationum minuuntur. Sic ὑπό ubique *fundamentum*, et ἀπό universa notione *abitionem* indicat; quo pacto alterautra præpositio ab altera multum dissidet. Bifariam omnis ista abitio, quam ἀπό exprimit, dividi potest, quo facto cunctæ viginti significationes, quas Schleusnerus proposuit, rite distribuuntur. Abitio enim est aut *abalienatio* (primum a re seu persona, cujus exempla habes apud Schleusner. sub numeris 4. 5. 10. 20. Matth. 6, 13: ῥῦσαι ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Matth. 11, 25: ἀπέκρυψας ἀπὸ σοφῶν. Marc. 7, 17: εἰσῆλθεν εἰς οἶκον ἀπὸ τοῦ ὄχλου; deinde abalienatio a loco, sub numer.

2. 3. 12. 16. 18. 6 Matth. 3, 16: ἀνέβη ἀπὸ τῶν ὑδάτων; postremo abalienatio a tempore, sub num. 6. 7. 8. 9. Marc. 10, 6: ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως), aut *derivatio* (primum derivatio effectus a persona, num. 1. 11. Rom. 1, 7: εἰρήνη ἀπὸ Θεοῦ πατρός. Marc. 7, 15: τὰ ἐκπορευόμενα ἀπ' αὐτοῦ, seu a re, num. 13. 17. Matth. 13, 4: ἔνδυμα ἀπὸ τριχῶν καμήλου. Luc. 22, 45: κοιμωμένους ἀπὸ τῆς λύπης; deinde derivatio partis a toto, num. 14. 15. 18. 19. Act. 5, 2: ἀπὸ τῆς τιμῆς. Matth. 21, 11: ὁ ἀπὸ Ναζαρέτ. Luc. 9, 38: ἀνὴρ ἀπὸ τοῦ ὄχλου). Eo magis censorem scire oportet, quid inter praepositiones ἀπό et ὑπό intersit, quo saepius in veteribus libris permutantur. E. g. Rom. 13, 1 οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Complures cdd. utr. cl. ὑπό pro ἀπό legunt, probante Griesb., sed parum recte. Primo enim Deus fons vel origo magistratuum, deinde idem eos instituisse perhibetur: principem Deum denotat praepositio ἀπό, auctorem ὑπό a verbo passivo pendens. Non minus interpretis refert, talia penitus nosse: sic e. g. recte intelligetur Act. 2, 22: „Jesus comprobatus tanquam vir a Deo missus:" sin secus, ὑπό pro ἀπό scribi debuit.

v. 21. *Syrus hier.* ita transponit: μακάριοι οἱ κλαίοντες νῦν· ὅτι γελάσετε. Μακάριοι οἱ πεινῶντες νῦν· ὅτι χορτασθήσεσθε, quod probe notandum. Patet origo mutati ordinis ex antiquissimo D, qui comma μακάριοι οἱ κλαίοντες ν. ὅ. γελ. omisit. Hoc autem nescio, utrum vetustissimum Syrum, an seriorem catervam cdd. gr. ad transponendum induxerit ista omissio. Lucae et Matth. 5 loca si comparaveris, inter se ita dissident, ut neuter alterius causa mutatus, et tamen uterque commune archetypum prodere videatur. Sic vero ordo a Syro observatus veri similior fit. Namque in Matth. quoque οἱ πτωχοί, οἱ κλαίοντες seu πενθοῦντες, οἱ πεινῶντες, οἱ μισούμενοι seu δεδιωγμένοι sese excipiunt. Sin Lucam ipsum

spectes,

spectes, ubi v. 25 opposita exponit, vulgaris lectio præstantior, sed illa certe notabilis videbitur.

v. 23 et 26. κατὰ ταῦτα scribendum, præeunte Knappio, secundum antiquas membranas, quæ ita vel κατὰ τὰ αὐτά exhibent. Eadem emendatione opus est c. 17, 30.

v. 34. οἱ absit auctoritate cdd. utr. cl., e proximis versiculis arreptum, et supra lineam scriptum voculam γάρ ex aliquot libris extrusit.

C. VII.

v. 4. Atticismus παρέξει loco παρέξῃ, licet posterius cl. occ. et Knappius tueantur, retinendus est. Ejusdem enim generis cdd. quoque Matth. 27, 4 Joh. 1, 51. 11, 40 ὄψει, quæ forma hoc in verbo in omnibus dialectis frequentatur (ut in βούλει Luc. 22, 42), in ὄψῃ mutarunt, et sæpius in antiquis scriptoribus illum atticismum culpa librariorum evanuisse docuit Buttmannus in Gramm. gr. §. 93 p. 236.

v. 6. Quæ Griesb. placuit transpositio cl. occ. μου ὑπὸ τὴν στέγην, e Matth. 8, 8 translata est.

v. 11. ἱκανοί ejiciatur auctoribus *Syro hier.* fere omnibus intt. ac cl. occ. cdd. gr., nec minus suadente sensu. Namque articulus οἱ prohibere videtur, quo minus ὄχλος μαθητῶν αὐτοῦ intelligatur, ut c. 6, 17. Ideo libri 1. 131 tollendo οἱ et αὐτοῦ præsidii aliquid subministrare voluerunt. Invectum ἱκανοί e proximo commate 12, unde plures libri etiam τῆς πόλεως post πολύς addiderunt, et vice versa v. 12 alii πολύς in locum ἱκανός substituerunt.

v. 12. ἦν a compluribus documentis utr. cl. abest, in 33 post αὐτῇ transponitur; itaque insititium videtur.

v. 22. ὁ Ἰησοῦς, quod cl. occ. improbat, Griesb. merito duplice obelo notavit; facile enim e l. p. Matth. 11, 4 irrepere potuit. Pariter veteres libri Matth. imitati modo hic ὅτι ejecerunt, modo v. 24 τοῖς ὄχλοις -- ἐξήλθετε scripserunt.

v. 27. ἐγώ, quod a cl. occ. ignoratur et l. p. Matth. 11, 10 debetur, tolle, annuente Schulzio. Maleach. 3, 1 non legitur.

v. 28. προφήτης et τοῦ βαπτιστοῦ a *Syro hier.* et fam. afr. absunt, quod mihi probatur. Scholia fuisse videntur, προφήτης e v. 26 et τοῦ βαπτ. e Matth. 11, 11 invecta.

v. 36. Cd. 1 transponere αὐτόν τις animadverti.

v. 39. Verba ὁ καλέσας αὐτόν, quæ a *Syro hier.* absunt, suspicione non vacant. Scholii enim speciem præ se ferunt, cujus loco aliud cd. D adoptavit: ὁ φαρισαῖος, παρ' ᾧ κατέκειτο.

C. VIII.

v. 9. λέγοντες ante orationem indirectam insititium, et consensu cl. occ. et tantum non omnium intt. delendum est, comprobante Schulzio.

v. 26. 37. Trifariam codices in scribendo gentili et hic et in l. p. Matth. 8, 28 Marc. 5, 1 variant, ita ut alia alii Evangelistæ scriptura vindicanda, et ex earum confusione ternæ lectiones in singulis locis exstitisse videantur. Audiendi erunt antiquissimi quique cdd. et intt. Italus et Vulg. cum ter Γερασηνῶν præbeant, per se nihil ponderis ad rem dijudicandam afferunt; sed iis accedunt in Marc. et Luca B D, in Marc. præterea int. anglosax. et Gregorius Nyssenus. In Luca *Syrus hier.* cum Arm. Copt. Aeth. Arab. Epiphanio et cdd. gr. L 1. 33. 118 131. 157 Matth. X Γεργεσηνῶν exhibet, quod eo magis hic commendatur, quia mox v. 37 præter hos cdd. quinque alii (C P 13. 69. 209) in Γεργεσ. conveniunt. Sin e l. p. hæc scriptura translata foret, certe prius v. 26 iidem librarii omnes eam illaturi essent; atque adeo plures v. 26 germanum Γεργεσ. in Γαδαρηνῶν mutarunt, quod posteriore loco pars oblita est. Hæc ratio itaque persuadet, in Luca Γεργεσ. et in Marc. Γερασηνῶν emendari oportere. Restat, ut Matthæo tertia forma Γαδαρηνῶν detur, quæ

sane auctoritate intt. Syr. utr. Pers. Eusebii et Epiph. et cdd. gr. B C M 22 aliorumque duodecim et quorundam apud Origenem fulcitur.

Ibidem ἀντίπερα e pluribus cdd. utr. cl. probante Griesb. rescribe. Reperitur enim in Hesychii Glossis, et præpositionis loco ponitur, cum ἀντιπέραν potius adverbium sit, a Philone, Josepho, Diodoro Sic. et Apollodoro usurpatum: v. Schleusner. Lex. I p. 242.

v. 27. καὶ χρόνῳ ἱκανῷ ἱμάτιον, ita in f. afr. (B L 1 33. 131, qui tamen πολλῷ habet pro ἱκανῷ, 157) et Syro hier., contra in cl. or. ἐκ χρόνων ἱκανῶν, καί exstat. Quam discrepantiam, nemo erit, quin fateatur, a permutatione particularum ἐκ et καὶ originem cepisse, quibus aliquando permutatis cetera correctio deinceps deesse non poterat. Sed quæritur, utrum f. afr. properante manu ἐκ pro καί, an vice versa cl. or. καί pro ἐκ acceperit. Tertia scriptura cd. D: ἀπὸ χρόνων ἱκανῶν, ὃς ἱμάτιον ad rem dijudicandam multum facit. Manifesta hæc est correctio, qualis non facta foret, si censor καὶ χρόνῳ ἱκανῷ in exemplari suo legisset. Sed genitivum χρόνων ἱκ. et pro ἐκ - καί reperisse videtur; quæ res eum permovere debuit, ut ἀπὸ χρόνων ἱκ. corrigeret. Quare prope fidem accedit, in archetypo cl. occ. oscitanter καὶ χρόνων ἱκ. καί descriptum fuisse, quod singuli censores afr. et latinus alio modo ex ingenio, deficiente exemplari or., correxisse videntur, ille genitivum in dativum mutando et καί ante ἱμάτιον obliterando, hic utrumque καί immutando, prius in ἀπό et posterius in ὅς.

v. 28. καί ante ἀνακράξας a f. afr. et intt. latinis omissum admodum suspectum est: alibi καί participiis male assutum esse monuimus. — Ibidem Ἰησοῦ et τοῦ θεοῦ e l. p. Marc. 5, 7 invecta, recte absunt a D 1 aliisque.

v. 45. καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ, ut cl. or., vel καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ut cl. occ. cum Griesb. habet, omnino absunt a *Syro hier.* Sahid. cdd. gr. B aliisque sex, quod equidem probo. Scholion enim ejus esse videtur, qui consensum cum Marci 5, 31 verbis: καὶ ἔλεγον αὐτῷ οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ efficere conatus sit; sed profecto ratione parum opportuna. Nam aut in universum discipuli aut ex iis unus, qui ceterorum nomine locutus videatur, commodius laudantur, quam unus cum ceteris.

v. 48. θάρσει e Matth. 9, 22 invectum, recte abest a *Syro hier.* et cl. occ. Nonnulli cdd. item Marc. 5, 34 adjecerunt.

v. 49. παρά in ἀπό mutarunt A D 1. 118. 131 aliique. Quum enim fieri non posset, ut ab (παρά) ipso principe, qui tum apud Jesum erat, quisquam missus veniret (quo sensu παρά Marc. 14, 43 occurrit), censores occ. sibi persuasisse videntur, e Marci l. p. 5, 35: ἔρχονται ἀπὸ τοῦ ἀρχισυναγώγου Lucam esse castigandum. In eam vero opinionem ignorantia proprietatis linguæ adducti sunt, quam Wetsten. in n. T. V. I p. 565 bene explicavit, nostri tamen loci immemor. Nimirum οἱ παρά τινος sunt familiares et domestici alicujus: Marc. 3, 21 3 Esr. 1, 15. 1 Macc. 2, 15. 17. 7, 32. 41. 16, 16.

C. IX.

v. 5. ἐπ' αὐτούς a *Syro hier.* et Tertull. abest, et a Sahid. ante εἰς μαρτύριον ponitur. Quod si omitteretur, haud scio an quisquam desideraret. Pulverem enim decuti vult testimonii seu symboli causa, cum illa civitate ipsis nihil fore. Tanquam interpretationem illa verba addita esse, id quoque arguere poterit, quod vario modo exhibentur, ab aliis secundum l. p. Marc. 6, 11 simpliciter αὐτοῖς, a plurimis ἐπ' αὐτούς, ab aliis ἐπ' αὐτῆς, ab aliis denique ἐπ' αὐτοῖς. — A cd. 1 abesse ὑμᾶς vidi, idem omittit καί ante τὸν κον. c. cl. occ., et mox habet ἀποτινάσσετε.

v. 18. συνῆσαν seu συνήεσαν scribendum est, ne inepte Jesus solus et tamen discipuli cum eo fuisse dicantur. Imo cum magistro congressi sunt, συνήεσαν, quod verbum item c. 8, 4 occurrit, ubi minus usitatum συνιόντος a quibusdam similiter in συνόντος mutatum. Quod habet unus e Mosq. συνήντησαν vel Evangeliarium aliquod συνήχθησαν, hæ glossæ sunt ad συνήεσαν. Quod vero int. Sahid. αὐτοὺς προσευχομένους expressit, hoc est remedium a sciolo adhibitum, ut contradictio in συνῆσαν hærens amoveretur. Pariter Act. 14, 26 ἦσαν (ubi v. not. cr.) 1 Cor. 7, 5 ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἦτε (cui verbo vulgo glossema συνέρχεσθε substituitur) scribi oportet. — In cd. 1 reperi οἱ μαθηταὶ † αὐτοῦ, et mox οἱ ὄχλοι λέγουσιν transpositum.

v. 26. καὶ τοῦ πατρός vereor, ne e l. p. Matth. 16, 27 Marc. 8, 38 invecta sint: nam cum leguntur vario modo, ita ut e margine seu interstitiis linearum assuta esse suspicari liceat, tum omittuntur una cum αὐτοῦ ab int. Persa. Peschito loca par. proxime sequitur ita: ἐν τῇ δόξῃ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ μετὰ τῶν ἁγίων ἀγγέλων; Arabs: ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ καὶ δόξῃ τοῦ πατρὸς μετὰ τῶν ἀγ. ἀγγ.; cd. D: αὐτοῦ καὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ἀγ. ἀγγ. Hinc demum nata esse videtur vulgaris scriptura. Negari certe nequit, parum commode inter gloriam filii et patris distingui, et satius esse, Christum in gloria aut sua aut patris rediturum induci.

v. 27. αὐτοῦ pro ὧδε, quod e Matth. 16, 28 Marc. 9, 1 illatum, auctoritate f. afr. emendandum est. Frequentatur illud adverbium Lucæ Act. 15, 34. 18, 19. 21, 4. Similiter Matth. 26, 36 unus e cdd. αὐτοῦ in ὧδε mutavit.

v. 35. ἐκλελεγμένος, cujus loco e parall. Matth. 17, 5 Marc. 9, 7 facile ἀγαπητός irrepsit, in f. afr. exstat, nescio an recte.

v. 39. σύντριβον scribe, quoniam τρίβω penultimam longam habet.

v. 49. τά e contagio præcedentis syllabæ ortum, deleatur auctoritate plurimorum cdd. utr. cl. (etiam 1), præeunte Scholzio.

v. 55. sq. Complures cdd. utr. cl. omittunt verba καὶ εἶπεν usque ad σῶσαι, pauci alii (D 59), restituto priore membro, ὁ γάρ - σῶσαι prætereunt, quos Griesb. et Scholz. secuti sunt. Neque vero idonea causa apparet, cur comma additum sit; nam Joh. 3, 17 12, 47 vereor, ut loca par. sint. Ejusmodi loca ad verbum adscribi et postea textum occupare solita sunt. Contra omissionis occasio patet, cum verba, quæ exciderunt, et proxime sequentia iisdem syllabis ΚΑΙΕΙΠ. ΚΑΙΕΠ. inchoarent. Adde, quod documenta item utr. cl., eaque vetusta, in iisque plerique intt. integram scripturam tuentur, cui nihil detrahendum.

C. X.

v. 8. δ' e v. 10 arreptum, deleatur auctoritate utr. cl. cdd.

v. 32. ἐλθών recte omissum a f. lat., non dubito, quin interpretatio sit ad γενόμενος pertinens. Ita enim Arm. et Arabs loco γενόμενος exprimunt ἐλθών, nec non mutato ordine testes f. afr. (B 1. 33. 118 Copt.) κατὰ τὸν τόπον ἐλθών omisso γενόμενος habent.

v. 38. Adverte, *Syrum hier.* cum tribus cdd. gr. 1. 157. 209 et duobus Itali pro αὐτῆς exhibere αὐτόν.

C. XI.

v. 9 sq. ἀνοιχθήσεται complures cdd. utr. cl. bis habent, quod probo: posteriore loco etiam Griesbachio hæc forma non displicuit. Sed haud scio, an in eadem sententia Lucas in forma futuri variare potuerit. Minus græcum ἀνοιγήσεται Matthæo 7, 7 sq. peculiare est, unde Lucas interpolabatur. Notanda item ac nescio an præferenda in eodem Matth. 20, 33 forma ἀνοιγῶσιν, quam loco ἀνοιχθῶσιν cl. occ. exhibet. In ea hæsit Fritzschius in Matth. p. 626. Est autem aoristus secundus in subjunctivo ab

ἀνοίγνυμι, cujus generis verba in secundo aoristo vim neutram habere solent.

v. 13. Articulus ὁ, qui a nonnullis testibus occ. utr. fam. (LX 33 al. Copt. Vulg. It.) abest, vereor, ne ex Matth. 7, 11 illatus sit, cum unus e Mosq. et Hieronymus etiam propius hujus Evang. vestigia presserint, ὁ ἐν τοῖς ὐρανοῖς exhibentes. Pariter a cdd. mox verba Matthæi δώσει ἀγαθά vario modo in Lucam translata sunt.

v. 34. οὖν absit auctoritate cl. occ. Namque Matth. 6, 22 sq. ad augendum, minuendum et immutandum sermonem Lucæ varie adhibitus est: καί ante ὅλον omittebatur, ἐστιν in ἔσται mutabatur, ὅλον ante τὸ σῶμά σου σκοτεινόν et postea ἔσται addebatur, et in locum commatum 35. 36 εἰ οὖν τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος, τὸ σκότος πόσον substituebatur. Qua ratione adducor, ut ab eadem classe testium σου ante ὅλον, quod Matthæi causa vulgo omittitur, recte adjici censeam.

v. 36. Ob pravam interpunctionem sententia aut nulla aut misera elici potest. Nam quid istud? si corpus totum lucidum fuerit, id fore lucidum totum; et quorsum ista adjectio: non habens aliquam partem tenebrosam? Imo ὅλον et μέρος ut verbis, ita re opponi oporteret. Quare non miror, a f. lat. v. 36 ut insulsum omissum, et lacunam e Matth. 6, 23 expletam fuisse. Sine ulla mutatione, sola interpunctione emendata, ut jampridem proponebatur, oratio recte ita se habebit: εἰ οὖν τὸ σῶμά σου ὅλον, φωτεινὸν μὴ ἔχον τι μέρος, σκοτεινὸν, ἔσται φωτεινὸν ὅλον κ. τ. λ. totum corpus obscurum, quod particula lucida careat, idemque totum illustratur, quando quasi lumen fulgurans te illustret. Nimirum Evangelista demonstraturus est, lumen internum, quamvis res parva esse videatur, tamen instar oculi seu lucernæ radiantis efficacissimum esse et totum hominem aut illustrare, aut cum absit, eundem cæcum relinquere. Quapropter cave, inquit, illam

parvam rem despicias: a parte quadam corporis aut occæcata aut luculenta totius corporis conditio aut tenebrosa aut lucida dependet; unde unusquisque sponte argumentari potest, pariter lumine interno aut infuscato magnas tenebras, aut sano egregiam lucem per totum animum omnemque vitam sequi. — Cd. 1 transponere vidi μέρος τι.

v. 42. δὲ e l. p. Matth. 23, 23 perperam a quibusdam additum, quibus Griesb. plus quam par est, tribuit.

v. 44. οἱ e contagio extremi nominis præcedentis ἄνθρωποι ortum, deleatur auctoritate plurium cdd. utr. cl. Participium περιπατοῦντες verbo finito ita vertendum esse puto: homines nescii super iis ambulant. Sed ita articulus ferri non potest.

v. 51. ἀπὸ αἵματος secundum cl. occ. legatur, demto articulo, qui e l. p. Matth. 23, 35 irrepsit, unde præterea verba τοῦ δικαίου post Ἄβελ et υἱοῦ Βαραχίου post Ζαχαρίου in quibusdam cdd. obvia desumebantur. A cd. 1 bis etiam articulum ante αἵματος abesse animadverti.

v. 54. ἐνεδρεύοντες αὐτὸν, θηρεῦσαί τι, ita emendandum est secundum f. afr. Nam ζητοῦντες glossema est ad ἐνεδρ., quare conjunctio καί, quæ alibi ante ζητοῦντες adjicitur, a pluribus cdd. utr. cl. abest, et verba ἐνεδρ. αὐτόν, quibus glossa substituebatur, in cd. D et int. Italo omittebantur.

C. XII.

v. 22. ὑμῶν, quod recte abest a cl. occ., e l. p. Matth. 6, 25 additum est, sicut indidem a nonnullis post σώματι præterea ὑμῶν adjectum.

v. 31. τοῦ θεοῦ et πάντα e l. p. Matth. 6, 33 invecta sunt; auctoritate cl. occ. pro τοῦ θεοῦ rescribe αὐτοῦ et πάντα dele, probante Griesb.

v. 36. ἀναλύσῃ rescribe e cl. occ. et Irenæo. Sæpius ob jota olim non subscriptum sed adscriptum σῃ in σει mutatum est, e. g. Luc. 10, 19 ἀδικήσει, ubi

Griesb.

Griesb. rectius ἀδικήσῃ prætulit; Luc. 13, 35 ἥξει pro ἥξῃ. — In cd. 1 reperi τῶν γάμων † αὐτῶν.

v. 47. Verba μηδὲ ποιήσας vereor, ut germana sint. Absunt a cdd. L 13 Syr. Pers. et duobus cdd. It., atque interpretari participium ἑτοιμάσας videntur, cui sane verbum ποιήσας suffectum in D alioque deprehenditur, omissis ἑτοιμάσας μηδέ; quo magis crediderim, ποιήσας inter lineas tanquam scholion interpositum fuisse. Ideoque in cdd. B 33 ita inducebatur: ἑτοιμ. ἢ ποιήσας.

C. XIII.

v. 6. καρπὸν ζητῶν restitue: inverterunt hæc verba Griesb., Knapp., Vater. et Scholz. suffragante cl. occ., sed ex v. 7 is ordo assumtus videtur.

v. 19. μέγα exterminetur auctoritate *Syri hier.* Arm. Sahid. Itali cdd. et cl. occ. cdd. gr. Ad interpretanda verba εἰς δένδρον scholion fuisse videtur, quod postea cum re explicata male conjunctum sit, quali conjunctioni tamen repugnat sententiæ veritas.

v. 27. πόθεν ἐστέ deleatur secundum cdd. D 56. 58 61 int. Sahid. *Clem. rom.* Orig. ut videtur, Hieron. Nam quod ὑμᾶς in f. afr. omissum est, apparet, alterumutrum supra lineam adscriptum fuisse. Facillima autem fuit repetitio ex v. 25.

v. 28. Verba καὶ πάντας τοὺς προφήτας, quæ sane facilius addebantur quam omittebantur, a *Syro hier.* absunt, cujus auctoritate motus fuero, si quis cdd. gr. accesserit. Int. Sahid. πάντας tantum omittit.

v. 35. ἔρημος, quod Griesb. et Scholz. quidem satis multorum testium fide subnixi, tanquam e l. p. Matth. 23, 38 illatum, ejecerunt, non potest non adesse; sin secus, contraria plane sententia enasceretur, scilicet fore, ut domus eorum iis libera relinquatur. Adjectivum necessarium propterea interiisse videtur, quod nescio quis intra lineas ἀμὴν δέ scripserit, ut ἀμὴν δὲ λέγω pro λέγω δέ diceretur; quemadmodum sane in quibusdam exemplaribus perperam exstat.

C. XIV.

v. 5. υἱὸς ἢ βοῦς, in qua scriptura (Scholzio probata) cl. or. et f. afr. consentiunt, ab hac parte plus habet ponderis; et cum originem lectionis variantis perscrutaris, vereor, ut ὄνος, quem vulgati libri agnoscunt, in υἱός mutatus sit, contra probe intelligo, cur υἱός in bestiam, quæ bovi responderet, collato c. 13, 15 transversus sit. F. lat. in duas partes abit: cd. D ex Matth. 12, 11 πρόβατον in locum υἱός substituit, int. latinus uterque et antiquior (excepto eo exemplo, quod in D habetur) et recentior ὄνος legit, qua in re cdd. gr. mixti generis assentientes habere videtur. Sed eo minus valet h. l. f. lat., quod sibi ipsa non constat. Igitur utramque esse correctionem judico, et πρόβατον et ὄνος. — In cd. 1 reperi πεσεῖται pro ἐμπεσ.

v. 8. Verba ὑπό τινος a f. lat. et Clem. al. absunt, eaque tanquam scholion inter lineas ideo adjecta esse videri possunt, quod proxima verba εἰς γάμους in antiquis documentis interciderunt.

v. 10. ἀνάπεσε et hic et c. 17, 7 emendari oportet secundum cdd. utr. cl. Nam ἀνάπεσαι, quod a Griesb. et Knappio priore loco e f. afr. et posteriore cum a Griesb. tum a vulgaribus edd. exhibitum est, dupliciter laborat: primo quod aoristus primus ἔπεσα tantum dialecto alexandrinæ, qua librarii alex. utebantur, debetur, tum vero quod aoristus primus medii ἐπεσάμην, unde imperativus πέσαι derivatur, plane inauditus est, et cum sæpius in n. T. verbum ἀναπίπτειν sensu *accumbere* occurrat, nusquam tamen forma media nisi in his locis corruptis reperitur. Gradatim vero interpolatio inferebatur: primum ἀνάπεσε in haud dissimilem formam ἀνάπεσαι, deinde hæc in activum ἀνάπεσον mutabatur. Invenitur item c. 17, 7 in nonnullis libris ἀνάπεσον. Cd. 1 priore loco recte ἀνάπεσε exhibet.

21. Verba καὶ χωλούς, quæ facile e v. 13 inserebantur, suspecta sunt, quod a *Syro hier.* et cdd. gr. AM 13. 69 absunt, atque a cl. occ. et fere omnibus intt. post καὶ τυφλούς rejiciuntur.

C. XV.

v. 14. Retineatur ἰσχυρός, cui Valckenarius in specimine annotat. crit. in locos quosdam n. T. p. 383 et Schleusnerus in Lexico n. T. T. II p. 35 femininum ἰσχυρά præferunt. Sed cum hoc in cl. occ. exstet, ea cum in dialecto alex. (v. LXX 1 Regg. 18, 2 Jes. 8, 21 Jer. 17, 18. 1 Macc. 9, 24) occasionem, tum in se voluntatem immutandi habuit. Præterea quoniam Lucas Act. 11, 28 τῷ λιμός genus masculinum attribuit, plus ad rem facit, quam quod Phrynichus, Etym. M. et Schol. Arist. Acharn. v. 743 docent, Atticos ὁ λιμός, Dorienses ἡ λ. dixisse.

v. 24. 32. In ejusmodi locis, quorum alteruter ex altero correctus videtur, potissimum ii testes audiendi sunt, qui utrobique aliter legi jubent. Sed uno eodemque modo legunt et fam. lat. et cl. or., quum utroque loco illa simpliciter ἀπολωλώς sine καί et ἦν, hæc cum libris impressis καὶ ἀπολωλὼς ἦν exhibeant. Probo itaque f. afr., quæ priore loco ἦν ἀπολ., posteriore καὶ ἀπολ. scribit: voculis post permutatis, causa et omissionis et adjectionis perspicua est.

C. XVI.

v. 21. τῶν ψιχίων deleatur auctoritate *Syri hier.* f. afr. et quorundam testium f. lat. (cdd. It. Ambr. Gaud. Dial. c. Marc.). Cod. 1 post τῶν πιπτόντων transponit. Illatum a consono loco Matth. 15, 27: ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. Neque v. 23 satis certa sunt verba ὑπάρχων ἐν βασάνοις, eaque, si cdd. gr. cum *Syro hier.*, qui ignorat, consentirent, ejicienda forent. Locus incertus, quem obtinent, ut quæ a Syro ante ἐν τῷ ᾅδῃ, ab Origene bis post ᾅδῃ et vulgo post

ὀφθαλμὺς αὐτῦ ponantur, jam arguere videtur ex aliena manu intra lineas adjecta esse, ratione versiculi 28 habita.

C. XVII.

v. 3. δὲ et εἰς σὲ proscribantur secundum cl. occ. et fere omnes intt. Invecta ex l. p. Matth. 18, 15, unde præterea quidam libri ἁμαρτήσῃ assumsere. In Matth. vicissim in nonnullis cdd. secundum Lucam ἁμαρτήσῃ in ἁμάρτῃ mutabatur et εἰς σὲ prætermittebatur. Absona quoque esse in Luca δὲ et εἰς σὲ mihi videntur. Nam ita hæc verba inferuntur, ut nobis aliena salus animarum curæ sit, quam curam in ipso peccatore testificari oporteat: neque igitur particula adversativa neque verba limitantia εἰς σὲ conveniunt. Descendit modo commate sequente ad peccatorum genus quoddam, ubi εἰς σὲ locum habet.

v. 4. τῆς ἡμέρας posterius e superiore loco repetitum, exsulet, consentiente Syro hier. cum cl. occ.

v. 23. ἢ ex v. 21 iteratum, recte ignoratur a cl. occ.

v. 30. ταῦτά bene ediderunt Knapp., Vater. et Scholz. In BDK al. exstat τὰ αὐτά.

C. XVIII.

v. 14. γάρ post ἢ, quod Griesb. et Scholz. ex compluribus cdd. utr. cl. receperunt, *nimirum* valet, eaque potestate particulæ γε respondet: cf. Act. 4, 27 Matth. 1, 18 Joh. 9, 30 Philipp. 2, 27.

v. 22. ταῦτα, quod a cl. occ. abest, vereor, ne quis de commate sequente arripuerit. Cod. 157, cujus librarius aliquid desiderasse videtur, habet ἀκύσας δὲ αὐτῶ.

v. 39. σιγήσῃ e cl. occ. reponatur. Vulgare σιωπήσῃ e l. p. Matth. 20, 31 Marc. 10, 48. Unum ex Evangelistis Lucam verbo σιγᾷν uti monet Schulzius ad h. l.

C. XIX.

v. 7. πάντες scribe auctoribus plurimis utr. cl. cdd.

v. 17. εὖγε recte legitur in cl. occ., unde intelligitur, cur in l. p. Matth. 25, 21. 23 item εὖγε pro εὖ in monumentis occid. exstet. — Cd. 1 δοῦλε ἀγαθὲ transponere vidi.

C. XX.

v. 5. οὖν expellatur auctoritate plurium utr. cl. cdd. et intt.*) E l. p. Matth. 21, 25 Marc. 11, 31 invectum: in utroque loco vicissim secundum Lucam in veteribus libris omittebatur.

v. 14. δεῦτε e l. p. Matth. 21, 38 Marc. 12, 7 insertum, recte abest a cl. occ. Plus etiam e Marc. susceperunt nonnulli cdd., ἵνα ἡμῶν γένηται in καὶ ἡμῶν ἔσται mutando. Schulzius Lucam usquam verbo δεῦτε usum esse negat.

v. 23. τί με πειράζετε e l. p. Matth. 22, 18 Marc. 12, 15 desumta, deleantur auctoritate f. afr. Indidem in nonnullis documentis πανουργίαν in πονηρίαν seu ὑπόκρισιν, δείξατε in ἐπιδείξατε, δηνάριον in τὸ νόμισμα mutabatur.

v. 30. Verba ἔλαβεν et τὴν γυναῖκα, καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος recte omittuntur in cl. occ. (BL 157 item D, qui præterea v. 31 ἔλαβεν αὐτήν præterit). Ostendunt enim intt. Coptus et Arm. viam interpolationis e l. p. Marc. 12, 21 profectæ, unde ille καὶ ὁ δεύτερος ἔλαβεν αὐτήν, omissis v. 31 ἔλαβεν αὐτήν, hic καὶ ἔλαβεν αὐτὴν ὁ δεύτερος expressit. Hinc cl. or. finxit: καὶ ἔλαβεν ὁ δεύτερος τὴν γυναῖκα, atque addidit e v. præced. καὶ οὗτος ἀπέθανεν ἄτεκνος, ut esset, quod responderet Marci verbis: καὶ οὐδὲ αὐτὸς ἀφῆκε σπέρμα, quod additamentum Coptus item ignorat. Eo suspectius redditur, quod unus e cdd. Itali æque post καὶ ὁ τρίτος ἔλαβεν αὐτήν adjiciendum putavit: καὶ ἀπέθανεν ἄτεκνος.

v. 31. ἑπτά· καὶ οὐ, ita restitue secundum cl. or. et plures intt. Vocula καί, cum incisum ὡσαύτως δὲ

*) In cd. 1 equidem reperi οὖν.

καὶ οἱ ἑπτὰ non habeat verbum, quo referatur, aliquid affert difficultatis, quam librarii amoturi fuisse videntur. Sed veritati sententiæ convenientior est; demta enim καὶ (ut Griesb. Knapp. Matthæi et Scholz. fecerunt), neque οἱ ἑπτὰ dicerentur uxorem duxisse, quod tamen per se dici oportuit, et conjunctione ὡσαύτως dicendum esse innuitur; neque ὁ τρίτος et ne ὁ δεύτερος quidem sine filiis mortui esse traderentur. Verum posita καὶ, οἱ ἑπτὰ referuntur ad ἔλαβον αὐτὴν, et ad omnes pertinent verba: καὶ οὐ κατέλιπον κ. τ. λ.

v. 32. δὲ πάντων e l. p. Matth. 22, 27 invectum, recte abest a cl. occ.*) Itidem v. 34 ἀποκριθεὶς e Matth. 22, 29 Marc. 12, 24 desumtum, deleatur secundum cl. occ.

C. XXI.

v. 6. ταῦτα θεωρεῖτε; apposita interrogandi nota, secundum cl. occ. emenda: cf. Marc. 13, 2. Nam ἃ e contagio præcedentis syllabæ vulgo repetitum est, ut sæpe accidit. Inauditus vero esset nominativus absolutus, ad qualem interpretationem confugitur, ut qui nulla ratione cum sequentibus verbis cohæreret. De usu nominativi constructione quidem absoluti, sed sensu conjunctissimi videatur nostra nota ad Marc. 9, 20.

v. 15. ἀντειπεῖν οὐδὲ vel ἀντειπ. ἢ certa non sunt, cum absint a f. lat., et post ἀντιστῆναι rejiciantur a f. afr. Glossema sane sapit ἀντειπεῖν ad ἀντιστῆναι, quapropter etiam in uno e cdd. It. substituebatur illud in hujus locum, hoc omisso.

v. 19. Futurum κτήσεσθε, quod est in cl. occ. (Tertull. quoque et cd. 1, de quo ante non erat observatum), præferendum, sensu requirente.

---

*) Cd. 1 ita transponit: ὕστερον δὲ καὶ ἡ γ. ἀπέθ. ἐν τῇ ἀναστ. οὖν.

v. 33. παρελεύσονται, quod cl. occ. loco παρέλθωσι habet, minus ob præcedens verbum iteratum, quam ob l. p. Matth. 24, 35 Marc. 13, 31 immutatum esse videtur. In Marc. vicissim e Luca παρέλθωσι in παρελεύσονται nonnulli libri mutarunt.

v. 36. ταῦτα a cl. or. abest, et utpote super linea positum, modo in cd. 157 infra scriptum πάντα propellebat, modo in Syro una cum πάντα interibat, modo in A C alioque post πάντα transponebatur: deleatur ergo.

C. XXII.

v. 14. δώδεκα recte abest a cl. occ. Ex l. p. Matth. 26, 20 Marc. 14, 17 super linea positum fuisse, inde jam patet, quod infra scriptum ἀπόστολοι in cdd. L X Ev. 6 excidebat. Minus autem omittendi quam addendi δώδεκα causa intelligitur.

v. 42. τοῦτο τὸ ποτήριον, ita emenda secundum cl. occ. Vulgaris ordo e l. p. Matth. 26, 39 Marc. 14, 36.

v. 63. αὐτόν auctoritate cl. occ. repone loco τὸν Ἰησοῦν, quæ est interpretatio æque atque v. 62 addita verba ὁ Πέτρος.

v. 64. Δέροντες καὶ περικαλύψαντες αὐτὸν ἐπηρώτων λέγοντες, ita e f. afr. emendari oportet. Probe enim intelligitur, cur verba ἔτυπτον αὐτοῦ τὸ πρόσωπον καί assuta, non vero, cur omissa sint. Nimirum primo
ȣ
e l. p. Marc. 14, 65 tantum ita corrigebatur: αὐτὸν
τὸ πρόσωπον
ἐπηρώτ., unde cd. 1 aliique 5 Arabs et Sahid. περικαλύψ. αὐτοῦ τὸ πρόσωπον ἐπηρώτων exhibent. Deinde quod δέροντες perperam ad antecedentem orationem trahebatur, censores, desiderato verbo cædendi, inter περικαλ. et αὐτοῦ adscribebant verba αὐτὸν, ἔτυπτον (sive post πρόσωπον in D: ἔτυπτον αὐτόν, idemque compensandi gratia δέροντες expunxit), ante ἐπηρώτων conjunctionem καί et post ἐπηρώτων pronomen αὐτόν. Sensus ex nostra emendatione nativus existit. Nam

sic recte plagæ operto vultui inflictæ indicant, Jesum ludibrio habitum esse, et explanant verba ἐνέπαιζον αὐτῷ. Contra vulgaris scriptura, quæ etiam majorem distinctionem post δέροντες apponit, suspicionem injiceret, ut si differrent δέρειν et τύπτειν, vapulantem ludibrio haberi, et capite operto vapulare vapulantemque ad divinationem provocari: quas tamen res non differre constat.

C. XXIII.

v. 23. Verba καὶ τῶν ἀρχιερέων auctoritate cl. occ. expungantur. Sapiunt enim scholion ad αὐτῶν, a librariis conjunctione καὶ textui insertum. Lucas ipse, qui pronomine αὐτοὶ inde a v. 14 pontifices, principes et populum significavit, haud scio an idem pronomen una cum pontificum mentione sic conjunxisse potuerit, ac si non illud jam satis pontifices una comprehenderet.

v. 25. αὐτοῖς, quod Griesb., Knapp. et Scholz. complurium cdd. auctoritate subnixi ejecerunt, repone, quoniam omittendi occasio patet, cum ejusdem generis cdd., qui omiserunt, ex parte scholion τὸν Βαραββᾶν sive loco αὐτοῖς sive post αὐτοῖς (ut cd. 1) reciperent; quo pacto id quod infra positum erat, facile excidit.

v. 40 sq. κρίματι ἐσμέν· ἡμεῖς, ita recte *Syrus hier.* Copt. Sahid. Chrys. et cd. gr. c* habent. Namque propterea improbus maledixisse dicitur, quod Jesus eadem pœna affectus esset (ὅτι - ἐσμέν); quamquam confestim inter ejus et ipsorum conditionem scite distinguitur. Contra ὅτι - εἶ causam impietatis inferre non potest. Ideo particulam ὅτι h. l. pro καίπερ interpretati sunt. Tum vero ἐν τοσούτῳ κρίματι potius quam ἐν τῷ αὐτῷ κρ. dici oportuit. Præterea ὅτι usquam *licet* significare nego, quamquam Schleusnerus in Lex. II p. 333 nonnulla exempla ejus significationis reperisse opinatus est.

v. 42. κυρίε ab eodem *Syro hier.* et cl. occ. recte abest; alibi transponitur.

v. 44. Verba καὶ σκότος - ἐννάτης auctoritate *Syri hier.* expunge. Nam cum appareat, aut illa, aut verba καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, quæ Griesbachio paullum suspecta erant, supervacanea esse, priora sane, quorum adjectio e l. p. Marc. 15, 33 facillima erat, spuria sunt judicanda. Quæ super linea posita erant, detruserunt infra scripta καὶ ἐσκοτ. ὁ ἥλιος in c* 33 et cd. Marcionis. Fam. afr. correctione τοῦ ἡλίου ἐκλείποντος pro καὶ ἐσκ. ὁ ἥλιος consulere voluit loco corrupto, quem ope Syri antiquissimi ad sanitatem revocare licet.

v. 51. καί post ὅς et paullo post καὶ αὐτός dele auctoritate cl. occ. fretus. Debentur l. p. Marc. 15, 43 ista verba, quæ modo ad verbum καὶ αὐτὸς προσδέχετο, modo inverso ordine προσεδ. καὶ αὐτός, modo ex parte καὶ προσεδ., modo dupliciter καὶ πρ. καὶ αὐτός (ut in cl. or.) invehebantur, quo suspectiora redduntur.

v. 53. Primum αὐτό, quod a cl. occ. abest, nescio an e l. p. Marc. 15, 46 invectum sit. — Cd. 1, qui post καθελών pronomen agnoscit, id non modo post ἐνετύλ., sed etiam post ἔθηκεν ignorat. Idem mox οὐδεὶς οὔπω legit.

C. XXIV.

v. 7. ἁμαρτωλῶν nomine interpretationis suspectum est: abest a D et cdd. It., atque ut super linea positum ἀνθρώπων in tribus cdd. gr. protrudebat eique voci substituebatur. Idem scholion in vaticinio Jesu c. 9, 44 et Matth. 17, 22 in nonnullis libris post ἀνθρώπων additum est, neque crediderim, utrobique e Lucæ nostro loco adjectum esse.

v. 10. A nonnullis cdd. (A D al.) abest ἦσαν δέ, ab iisdemque et pluribus (A B D L al.) mox αἵ ante ἔλεγον; neque dubito, quin unus error alterius causa exstiterit. Casu nimirum αἵ excidit; namque com-

plures eorum, qui αἱ ignorant, ἦσαν δὲ agnoscunt. Verum non id agitur, ut mulieres apostolis nuntiasse dicantur, quod jam v. 9 memoratum erat; sed hoc loco earum nomina demum proferuntur: quare αἱ ἔλεγον ut appositum accipe, neque magis ἦσαν δὲ quam αἱ abesse potest. Quidam (K 1. 69. 131 al.) ἦν δὲ legunt, qui quum iis, in quibus omnino omittitur, propinqui sint, fide indigni sunt. Griesb. ed. Hal. et Knapp. ἦν δὲ habent, ille in ed. Lips. ἦσαν δὲ et in Synopsi denuo ἦν δὲ revocavit.

v. 12. Hoc comma, quod a *Syro hier.* cd. gr. D et cdd. It. abest, a lectore Johannis 20, 5 sq. 10 fictum et Lucæ datum esse arbitror, ut ejus verbis v. 24. 34 lux affunderetur; quamquam neque τινές v. 24 nec ὤφθη v. 34 satis responderent uni Petro sola lintea cernenti v. 12. Verum Lucas manifesto res gestas supponit non ab ipso narratas, sed quæ ab Joh. l. c. et 1 Cor. 15, 5 attinguntur. Schulzius ad h. l. annotat: παρακύπτειν, ὀθόνια, ἀπῆλθε πρὸς ἑαυτόν ut a Luca sint aliena, ita undique prodere Johannem.

v. 13. Observandum, *Syrum hier.* cum nonnullis cdd. gr. et Armeno ἑκατὸν ἑξήκοντα*) exhibere, eundemque v. 17 καί ἐστε σκυθρωποί omittere. Similiter v. 33 unus e cdd. post ἀναστάντες addit λυπούμενοι. Ego vero non dubitaverim, saltem verba καί ἐστε v. 17 cd. D Syr. Ar. secutus ejicere. Cum sententia melius procedet, tum ita intelligetur, cur in Syro hier., qui in suo exemplari fortasse καί ἐστε super linea viderit, hoc una cum σκυθρωποί omissum sit, et cur intt. afric. nominativum σκυθρ. mirati, alia ratione subvenerint, καὶ ἐστάθησαν σκυθρ. seu καὶ ἔστησαν σκ. scribendo.

---

*) Scholia græca cdd. 34. 194 et al. monent: ἑκατὸν ἑξήκοντα λεκτέον· οὕτω γὰρ τὰ ἀκριβῆ καὶ ἡ (Ὠριγένους cd. 194) τῆς ἀληθείας βεβαίωσις.

v. 39. Nota, με post ψηλαφήσατε a *Syro hier.* (Syr. post. habet cum obelo) et f. lat. abesse.

v. 46. Verba καὶ οὕτως ἔδει et v. 48 ἐστε a cl. occ. omissa, suspecta sunt. Illa in nonnullis documentis fecerunt, ut infra scripta ὅτι γέγραπται exciderent; hoc alibi post μάρτυρες transponebatur. Sic Act. 10, 39: ἡμεῖς μάρτυρες πάντων, ubi cl. or. ἐσμέν item perperam interposuit. Itidem v. 53 verba αἰνοῦντες καί, quae a f. afr. absunt, suspicione falsitatis non vacant, ut quae glossae instar sequenti verbo facile apponebantur, quo omissio verborum καὶ εὐλογοῦντες in D obvia respicere videtur.

Ad JOHANNIS

Caput I.

v. 9. Post ἄνθρωπον distinguas velim, et ἐρχόμενον cum ἦν praecedente jungas. Ita structurae maxime convenit: fuisse negat v. 8 Johannem lumen; erat, inquit v. 9, lumen verum venturum, idque revera venisse profitetur v. 11. Hanc sententiarum concinne aptarum progressionem ea interpunctio, quam Griesb. secutus est, conturbat; atque verba ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον tum fere redundarent. Trita est loquendi formula ἦν ἐρχόμενον, ut c. 3, 23 ἦν βαπτίζων, Marc. 2, 18 Act. 2, 5.

v. 44. Griesb. Knapp. et Matthaei verba ὁ Ἰησοῦς omnino ejecerunt, testimoniis gravissimis cdd. neglectis, quae λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς scribi jubent, ut bene habet Scholz. Quoniam subjectum remotius videbatur, alibi post ἠθέλησεν transponebatur ὁ Ἰησοῦς, unde postea in paucis serioris aevi cdd. neutro loco

legebatur (D hiat). Quandoque enim evenit, ut transpositio omissionis causa exstiterit; v. ad Rom. 16, 25.

C. IV.

v. 9. Verba ἡ Σαμαρεῖτις, quæ a *Syro hier.* absunt, haud scio an quisquam omissa desideraturus sit. Digna certe res est, quæ notetur.

v. 20. ἐν τούτῳ τῷ ὄρει ita retinendum: inversio enim cl. occ., quam Griesb. et Scholz. secuti sunt, annuente Schulzio: ἐν τῷ ὄρει τούτῳ (invito tamen cd. B) e v. 21 invehebatur (ubi compensandi gratia cd. D ἐν τούτῳ τῷ ὄρει legit); sicut v. 17 aliqui eorundem cdd. cl. occ. εἶπεν· ἄνδρα οὐκ ἔχω e proximo ὅτι ἄνδρα οὐκ ἔχω correxerunt.

v. 28. ἡ γυνή tanquam scholion deleatur auctoritate *Syri hier.*, quocum convenit unus e Mosq. (n). Transponitur ante τὴν ὑδρίαν in D et Armeno.

v. 35 sq. Καί absque ἤδη habent *Syrus hier.* Pers. Aeth. Slav. 2 Sax. Vlg. ms. Iren. IV, 40 Hilar. Chrys. VIII, 196 E et cdd. gr. Mosq. λ. μ, ἤδη demto καί præbent B C* D* L 33 et al. Orig., assentientibus Griesb. et Knappio, utrumque cl. or. conjunxit ἤδη. Καί, ut in vulgatis libris exstat. Alterutra harum vocularum falso intrusa occasionem extrudendi alteram dedisse videtur. Utra explanatori debeatur, non solum dignitas Syri hier., sed etiam transpositio adverbii ἤδη in Mosq. 11 Vulg. It. ante πρὸς θερισμόν obvii indicat. Igitur ἤδη damno, καί repono.

v. 42. Scholion ὁ Χριστός a *Syro hier.* cl. occ. et Irenæo IV, 5 recte abest.

C. V.

v. 1. τῶν Ἰουδαίων a *Syro hier.* abest, delendumque esse censebo, si codicis gr. auctoritas accesserit. Facile enim e c. 6, 4. 7, 2 invehebatur, unde item ἡ ante ἑορτή in plures cdd. irrepsit.

v. 3 sq. *ἐκδεχομένων* usque ad *νοσήματι* a f. afr. absunt, ab eademque pericope de adultera c. 7, 53—8, 11 omittitur, probantibus Semlero, Griesb. et Vatero. Sed suspectæ fidei sunt in ejusmodi omissionibus censores alex., qui veterum exemplorum auctoritate neglecta judicio suo nimium indulgentes, quidquid in profanis et sacris scriptoribus minus apte vel sapienter dictum videbatur, obelis notare cœperunt. Sic sane complures cdd. narrationem de adultera obelis notatam habent, alii lacunam reliquerunt, ut certe prætermissum quidpiam esse significaretur. Quod priorem locum attinet, verba c. 5, 7 *ὅταν ταραχθῇ τὸ ὕδωρ* flagitare quodammodo videntur præmittendum comma 4, quo demto ista intellectu difficillima essent. Idem cd. B in celebri loco Matth. 5, 22 *εἰκῇ* ad ostentandum morum rigorem præteriit, ut si omnis ira vetaretur. Qua in re Griesb. in Comm. cr. I p. 46 rectius judicavit. Sæpe numero cd. B consulto omisisse videtur, quæcunque Christo minus digna putaret. Sic Matth. 1, 25 BZ 1. 33 omittunt *αὐτῆς τὸν πρωτότοκον*, ut Maria posterioris partus suspicionem vitet. Matth. 16, 2 ab *ὀψίας γενομένης* usque ad finem commatis 3 omnia absunt a B 157 al., „ne scilicet, ut Bengelius suspicatus est, in regionibus alia tempestatum prognostica habentibus dominus videretur minus vera dixisse; nam quæ h. l. dicuntur, non in omnia convenire climata docent physici.“ Matth. 20, 16 dictum *πολλοὶ γάρ εἰσι κλητοὶ, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί*, quod de paucitate electorum durius pronunciatum videbatur, a BL Copt. Sahid. ignoratur. Igitur opportune monuit Augustinus de conjug. adult. II, 7, nonnullos modicæ fidei, metuentes, ne mulieribus suis peccandi impunitas daretur, a cdd. suis abstulisse pericopam de adultera.

v. 25. *ἀνθρώπου* pro *θεοῦ* exstat in *Syro hier.*, in marg. Syri post., in Mosq. μ et octo al. cdd. gr.,

v. 34. 36. Mendóse εἰμί vulgo editur. Aethiops et Arabs recte εἶμι expresserunt. Nam Judæi v. 35 verbum πορεύεσθαι substituerunt, et ipse Jesus c. 8, 21 eadem iterum dicens (πάλιν εἶπεν): ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, ὑμεῖς οὐ δύνασθε ἐλθεῖν (cf. c. 13, 33), satis superiorem orationem illustravit, εἶμι esse scribendum. — In cd. 1 reperi v. 34 εὑρήσετέ με.

v. 40. ἐκ τοῦ ὄχλου οὖν demto πολλοί e cl. occ. emenda, quod probari quoque Schulzio jam video. Primum enim hæc est doctior lectio, secundum quam pronomen τινές reticetur, ut Matth. 23, 34. 27, 9 Luc. 11, 49. 21, 16 Act. 21, 16 Apocal. 2, 10. Deinde hinc lectionis varietas explicatur, cum alii aliud suppleverint: Origenes οἱ ἐκ τοῦ ὄχλου, Armenus τινὲς ἐκ τοῦ ὄχλου, Cyrillus ἐκ τοῦ ὄχλου οὖν ἀκούσαντές τινες, documenta cl. or. e v. 31 πολλοὶ οὖν ἐκ τοῦ ὄχλου, ut adhuc omnes libri impressi exhibent.

v. 52. Cd. 1 pro lectione ἐγείρεται excitari solet, male: habet enim ἐγείγερται, nescio quid mixtum scripturæ or. et occ.

C. VIII.

v. 4. Perperam vulgo editur κατειλήφθη, quod ne græcum quidem est. Nam λαμβάνω demum in perfecto diphthongum ει assumit εἴλημμαι, sed in aoristo κατελήφθη habet, ut exstat in compluribus cdd. scriptis et in Millii aliisque impressis. Mendum κατειλήφθη e confusione cum κατείληπται, ut nonnulli cdd. exhibent, oriebatur.

v. 13. Observa, *Syrum hier.* pro Φαρισαῖοι exhibere Ἰουδαῖοι; Pharisæi sane secundum v. 3. 9 jam exiisse videntur. — Idem Syrus v. 14 περὶ ἐμαυτοῦ omittit, quod notandum; nam facilis fuit adjectio e v. 13. 18. — Cd. 1 observo v. 13 ita legere: οἱ οὖν φαρισ. εἶπ. αὐτῷ.

v. 29. Scholion ὁ πατήρ expunge auctoritate *Syri hier.* et cl. occ.

v. 39.

v. 39. Origenes ἐστι pro ἦτε et mox ποιεῖτε demto ἂν legit; in lectione ἐστι cl. occ. et in omissione τοῦ ἂν complures cdd. suffragantur, sed in ποιεῖτε nullus. Quamquam pateat, has correctiones cohærere, tamen Griesb. ἐστι adoptavit, ἐποιεῖτε reliquit et ἂν delevit, atque Scholzius, relictis ἦτε et ἐποιεῖτε, tamen ἂν ejecit. Conferantur similia loca: c. 5, 46 εἰ ἐπιστεύετε Μωϋσῇ, ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί, c. 8, 42. 9, 41 (ubi nonnulli pariter ἂν omittunt) 15, 19 alia. Est hoc usitatum genus loquendi conditionaliter: e. g. Plat. Gorg. p. 481 c εἰ μή τι ἦν -- οὐκ ἂν ἦν, *nisi esset, non esset*: v. Buttmann. Gr. gr. §. 126, 9, 4.

v. 54. μου facile e v. 49 invectum, a *Syro hier.* Arm. Orig. Tert. abest, Syrus post. asterisco notatum habet. Aliquando super linea μου scriptum fuisse, inde colligitur, quod etiam infra positum ὁ πατήρ a Chrysostomo omittebatur.

C. IX.

v. 14. Parum sibi constant editores, qui hic ἀνέῳξεν, v. 17. 21. 26. 32 ἤνοιξε et rursus v. 30 formam ἀνέῳξε exhibent. (Cd. 1 constanter ἀνέωξε legit.)

v. 16. οὗτος abest a B, transponitur post ἐστιν in X 33. 157: puto e v. 24 irrepsisse. Quamobrem etiam ὁ ἄνθρωπος sedem vulgo mutasse videtur, collocatur a cl. occ. post Θεοῦ, quod placet. (Cd. 1 vulgarem scripturam tuetur.)

v. 18. τοῦ ἀναβλέψαντος scholii speciem habet ad αὐτοῦ appositi; recte abest a cdd. 1. 22. 118 al. Copt. Pers. cdd. It. Chrys., eoque minus dubito, quin super linea tantum positum fuerit, quia infra scriptum αὐτοῦ in D aliisque excidebat. Idem scholion v. 20 post αὐτοῦ in uno cd. G reperitur.

v. 21. Suspicor, verba αὐτὸν ἐρωτήσατε e v. 23 illata esse, et simplicius αὐτὸς ἡλικίαν ἔχει, αὐτός nosti cetera scribendum. Ita legitur in Sahid. uno ex cdd. It. et a Chrysost.; atque cl. occ. incisa transponendo unum extrinsecus intrusum fuisse arguere

videtur: habet enim αὐτὸν ἐρωτήσατε, ἡλικίαν ἔχει, modo addito modo demto αὐτός ante ἡλικίαν.

v. 30. ἐν γὰρ τούτο levissima mutatione in octo cdd. gr. rectius legi arbitror. Nonnulli exhibentes ἐν γὰρ τοῦτο viam corruptelæ indicant. Quoniam olim apices nullæ fuerunt, censor alex. ἐν loco ἕν intelligens, mendum odoratus τούτῳ corrigebat; quare cdd. BL 22. 33 etiam transponunt ἐν τούτῳ γάρ, cdd. It. ἐν τούτῳ absque γάρ, D ἐν τούτῳ οὖν, et cd. 1, qui h. l. minus accurate excussus erat, me teste: ἐν γὰρ τούτῳ τό.

C. X.

v. 3. 4. Memoratu dignæ sunt scripturæ *Syri hier.*, v. 3 ἴδια omittentis, v. 4 αὐτά cum Chrys. in locum τὰ ἴδια πρόβατα substituentis. Superius ἴδια in D ita transponitur: τὰ πρόβ. τὰ ἴδια.

v. 12 sq. Cum verba τὰ πρόβατα in extremo commate 12, tum ὁ δὲ μισθωτὸς φεύγει tanquam scholia expunge. Absunt a *Syro hier.* et cl. occ. Nomen τὰ πρόβατα post pronomen αὐτά inopportune repetitur; et interpretatione ὁ δὲ μισθ. φεύγει non opus est, si ante καὶ ὁ λύκος comma et post σκορπίζει colon apposueris.

C. XI.

v. 50. Simplex λογίζεσθε, quod in cl. occ. exstat, præfero. Compositum διαλογίζ. in junioribus documentis e præcedente syllaba δέ ortum est.

v. 54. αὐτοῦ scholion cl. or. dele, cl. occ. secutus.

C. XII.

v. 1. ὁ τεθνηκώς, quod scholion sapit, a *Syro hier.* Syr. Sahid. Pers. Aeth. cdd. It. Chrys. et cdd. gr. BX abest, eoque magis ex interstitio linearum insertum esse videtur, quod in uno cdd. Mosq. verba ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν e contextu protrusit.

v. 4. Σίμωνος auctoritate *Syri hier.* fere omnium intt. cdd. gr. D 1. 118 aliorumque duorum deleatur. Facile ex c. 6, 71. 13, 2. 26 irrepsit, propter quale

scholion excidit in Mosq. ὁ Ἰσκαριώτης, atque in B Ἰούδας. Cd. 1, ut ego observavi, habet Ἰούδας ὁ Ἰσκαρ.

v. 37. σημεῖα, quod explanatoris sedulitas inculcasse videtur, a *Syro hier.* abest, eoque magis suspicor aliunde intrusum esse, quod in Evangeliario quodam ante αὐτοῦ transponitur, in aliis autem documentis αὐτοῦ in linea scriptum propter scholion substitutum omissum est.

v. 41. τὴν δόξαν τοῦ θεοῦ habent *Syrus hier.* Copt. Sahid. Syr. p. Vulg. ms. cdd. gr. 13. 69, quod præfero. Nam post visionem gloriæ *Dei* Jesaias c. 6 illa verba ab Johanne memorata effatus est. Evangelista demum subjungendo καὶ ἐλάλησε περὶ αὐτοῦ prophetæ dictum ad Messiam retulit, ac parum opportune eandem sententiam anticiparet, si τὴν δόξ. αὐτοῦ scripsisset. Tum supersederi posset applicatione: καὶ ἐλάλ. περὶ αὐτοῦ. Igitur αὐτοῦ potius correctio eorum, qui Messiam introducere averent, quam τοῦ θεοῦ scholion ad αὐτοῦ esse videtur. Utrumque junxerunt cdd. D 66 in marg. τοῦ θεοῦ αὐτοῦ.

C. XIII.

v. 3. Deleantur ὁ Ἰησοῦς et v. 6 καί, auctoritate cl. occ., probante Griesb. — Cd. 1 legit ἔδωκεν, quod nondum erat annotatum.

v. 38. ἀποκρίνεται Ἰησοῦς e cl. occ. reponatur: vulgaris scriptura e cl. or. depromta versiculo 36 deberi videtur.

C. XIV.

v. 2. Ut Griesb., Vater. et Scholz. interpunxerunt, punctum ante πορεύομαι ponentes, frigent verba εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν, atque adeo rei veritati contradicunt, ac si Chr. dicturus esset, quod verum non esset; nec apte cohærent sequentia, in quibus se paraturum locum profitetur, postquam esse jam multa domicilia in cœlis affirmaverat. Quæ incommoda opportune amoventur, cum colon ante πορεύομαι et punctum post τόπον ὑμῖν posueris. Ni,

inquit, multa jam adessent habitacula in domo patris, dicerem vobis, me proficisci ad locum parandum. Summa benignitate eos ità consolatus est, ut ne opus quidem fore loca parari, sed ea ipsis esse satis explorata ac certa moneret. Ob pravam interpretationem factum esse videtur, ut ὅτι ante πορεύομαι, quod cl. occ. recte habet, in cl. or. et hinc in libris impressis interciderit.

v. 11. αὐτὰ et extremo commate μοι auctoritate *Syri hier.* et testium occid. (Tertull. Hilar.), consentientibus aliquot cdd. gr., expungantur. Cod. B αὐτοῦ pro αὐτὰ exhibet, quod e v. 10 depromsit, ubi idem τὰ ἔργα αὐτοῦ scripserat: hinc vulgaris lectio διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ profecta esse videtur. Alterum μοι, quod ab D L 33 pluribus intt. recte abest, incommode vulgo e superiore oratione repetitur. Opponuntur ipsius testimonium (πιστεύετέ μοι, ὅτι) et acta (ἔργα), quæ fidem concilient, se in patre et patrem in ipso esse: quapropter sententiæ repugnat, iterari μοι in altero inciso, quo vis prioris μοι diminueretur. Quo ejecto, subaudiatur e proxima oratione: ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ κ. τ. λ., quod ipsum erat demonstrandum.

v. 14. Hoc comma vereor ne ut memoratu dignissimum ex antecedente a pio quodam lectore margini adscriptum, post contextui adjunctum sit. Omittitur a *Syro hier.* uno ex cdd. It. et septem cdd. gr. (in quibus sunt X 1. 22), a Chrys. et Nonno. Sed in ipsis cdd., qui quidem illa verba agnoscunt, indicia tria mihi perspicere videor, quæ aliunde assuta esse arguant: primum in vetustis documentis addito καί ante ἐάν τι inducuntur, quemadmodum aliena verba sæpe inseruntur; deinde æque ac v. 13 lectio fluctuat, unde probabile fit, illinc varie adscripta fuisse: nam v. 14 ἵνα ὅ, τι ἄν, vel ὃ ἐάν legitur, post αἰτήσητε non magis v. 13 quam v. 14 seu με seu αὐτόν seu τὸν πατέρα (ex c. 16, 23) additur,

et in locum ἐγώ substituitur τοῦτο, vel ἐγὼ τοῦτο. Denique non uno loco scribitur comma extrinsecus intrusum, sed in cd. 157 ante ἵνα rejicitur. Cum de interna ratione quæras, prorsus exploditur comma superfluum, quod nihil dicit, nisi quod jam enuntiatum erat.

C. XV.

v. 8. γένησθε postulante structura e cl. occ. reponatur. Vulgare γενήσεσθε e proximis futuris αἰτήσεσθε et γενήσεται ortum.

C. XVI.

v. 17 sq. Vereor sane quam ut apte eadem res per duos versiculos iteretur, eaque verbis εἶπον οὖν et ἔλεγον οὖν, quasi diversæ sententiæ proponerentur. Neque desunt indicia, quibus declaretur, ab antiquis librariis, aberrantibus oculis manibusque, comma 16 denuo exscriptum adeoque peccatum esse. Namque in egregio cd. 69 verba μικρὸν, καὶ οὐ -- πατέρα frustra quæruntur, a Slavi int. cd. 2 verba ἔλεγον οὖν -- τὸ μικρόν absunt. Eadem lectionis varietas, quæ v. 16, item v. 17 reperitur: utrobique pro οὐ legitur οὐκέτι, καί omittitur ante ὅτι, item ἐγώ (v. lect. var. Griesb.). Quare est quod suspicemur, primigeniam scripturam hanc breviorem fuisse: ἀλλήλους· τί ἐστι τοῦτο, ὃ λέγει ἡμῖν, τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ. Primus interpolator post μικρόν e v. 16 καὶ οὐ θεωρεῖτέ με· καὶ πάλιν μικρὸν, καὶ ὄψεσθέ με· ὅτι ὑπάγω πρὸς τὸν πατέρα videtur addidisse, ut in Slavi cd. 2 legitur; posterior censor margini tanquam emendatam lectionem adscripsisse: τί ἐστι τοῦτο τὸ μικρὸν; deinde librarius, ut fieri solebat, et interpolationem reliquisse et emendationem simul assumsisse, ut cdd. D* 71 Ev. 26 Matth. r v. 18 exhibent: τί ἐστι τοῦτο τὸ μικρόν; οὐκ οἴδαμεν τί λαλεῖ (seu ὃ λέγει), omisso ἔλεγον οὖν. Alius correctionem a lectione interpolata distincturus illam verbis ἔλεγον οὖν ita introduxit: ἔλεγ. οὖν· τί ἐστι τ. τὸ μικρ.; οὐκ οἴδ., τί λαλ. (ut

est in Syro hier. Arm. Aeth. cdd. gr. 1. 13. 69. 124 Barb. 225), sive εἶλ. οὖν· τοῦτο τί ἐ., ὁ λέγ., τὸ μ.; οὐκ οἴδ. τί λαλ., ut vulgo scribitur. Cod. 69 in locum εἶπον -- ἀλλήλους v. 17 etiam ἔλεγον οὖν simpliciter substituit.

v. 20. δέ auctoritate *Syri hier.* aliorum intt. cdd. gr. B D 1 expunge. Non enim iterum ὁ κόσμος χαρήσεται et ὑμεῖς λυπηθήσεσθε, sed λυπηθήσεσθε et εἰς χαρὰν γενήσεται sibi opponuntur, ut antea θρηνήσετε et χαρήσεται.

C. XVII.

v. 23. καί ante ἵνα auctoritate cl. occ. ejiciatur, quoniam facilius in cl. or. addebatur, quam in occ. omittebatur. A cd. 1 abest ἵνα, quod ante nondum erat observatum: videlicet καί e cl. or. illato, extrudebatur ἵνα.

v. 25. καί prævia voce δίκαιε in και exeunte, facile iteratum, a f. lat. abest, quod mihi probatur. Ab eadem et Origene c. 18, 5 ὁ Ἰησοῦς omittitur, quod sane suspectum est.

C. XVIII.

v. 13. Post Καϊάφα verba ob homœoteleuton vulgo omissa et perperam v. 24 collocata ita restitue: Ἀπέστειλε δὲ αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν, ὃς ἦν κ. τ. λ. *Syrus hier.* hoc incisum ad v. 13 in margine posuit, omissis in textu verbis ἦν γὰρ πενθερὸς τοῦ Καϊάφα, ut Adlerus p. 196 docuit. Griesb. autem, qui similia margini Syri post. attribuit (in nupera quoque ed. Schulzii), lapsus est. Post πρῶτον codicem Vindob. 225 ἀπέστειλεν οὖν αὐτὸν ὁ Ἄννας δεδεμένον πρὸς Καϊάφαν τὸν ἀρχιερέα exhibere ferunt. Similia habet Cyrillus post ἐκείνου in calce commatis: ἀπέστειλαν δὲ αὐτὸν δεδ. πρὸς Κ. τὸν ἀρχ. Contextus postulat, ut comma 24 illo modo transponatur. Nam v. 15 docet, Petrum domum pontificis, non Annæ intrasse, adeoque illic Jesum v. 19 a pontifice exploratum esse: insulse contra v. 24 inferretur,

missum esse demum Jesum ad Caipham. Quam contradictionem cum veteres intt. jam intelligerent, eorum nonnulli v. 15 verba τῦ ἀρχιερέως omiserunt. Ne quis vero contendat, Petrum domo Annæ ad Caipham se contulisse, respicit v. 25 perspicue ad v. 18, ita ut uno eodemque loco Petrus magistrum renegasse dicendus sit.

C. XIX.

v. 2. Quæ addit *Syrus hier.* in fine commatis καὶ ἤρχοντο πρὸς αὐτόν, consentientibus f. afr. omnibusque intt., addi non poterat e l. p. Matth. 27, 29 Marc. 15, 18, sed facile omitti prævio homœoteleuto.

v. 14. τρίτη pro ἕκτη e cl. occ. Euseb. ad Marin. p. 92 Ammon. ap. Theophyl. Schol. gr. cdd. 108. 138 154 et Chronico alex. (provocante ad accurata exemplaria atque ad manum propriam Johannis) rescribe. Sexta enim hora jam sol defecit auctoribus Matth. 27, 45 Marc. 15, 33 Luc. 23, 44. Et facile fiebat, ut numeri γ' et ϛ' in exemplaribus græcis permutarentur, ubi quoque nonnunquam sex duplice gamma exprimebatur, ut in cd. D apud Kiplingium Marc. 15, 33.

v. 38. Memoratu digna est scriptura *Syri hier.* ἦλθον οὖν καὶ ἦραν αὐτό, consentientibus cdd. It. Item Sahid. pluralem et Arm. αὐτό pro τὸ σῶμα τῦ Ἰησῦ habent. — A cd. 1. verba καὶ ἐπίτρεψεν usque ad τὸ σῶμά τῦ Ἰησῦ ob homœoteleuton abesse vidi.